


W.F

C 45-
1



JO.GOTHOF.R.LAKEMACHERI,
PHIOL. GR. IN ACAD. JVL. P.P.O.

2

OBSERVATIONES PHILOLOGICÆ

QVIBVS

VARIA ANTIQVITATIS
HEBRAICÆ ATQVE GRÆCÆ
CAPITA

ET NONNVILLA S. CODICIS LOCA
NOVA LVCE COLVSTRANTVR.

PARS II. ET III.

ACCEDVNT INDICES IN PARTES III.



HELMSTADII
Impensis CHRIST. FRIED. WEYGANDI.
MDCCXXVII.

LOGO HORTI ARKUMCHERI
HISTORICUS AGRICULTURALIS

OCCULTATIONES
PHENOMENA

ARIA ANTIQUITATIS
HEBRYCIS ALIAS GREGORI
ET NOMINATIS COPICIS BOEY
NOVA PLACIS COLVATRUMA
PER ET IN
ACCESSIONIS IN TERRAM



LIBERUS CHRISTIANUS EYLANDI
MDCCXVII

VIRIS
ILLVSTRISSIMIS
AT QVE EXCELLENTISSLIMIS
DOMINIS,
JOANNI FRIDERICO
DE ALVENSLEBEN,
AVGVSTISS. M. BRITANNIÆ
REGI
A CONSILIIS SANCTIORIBVS,
DYNASTÆ IN HVNDISVRG,
RELIQVA:
ET
JOANNI FRIDERICO
LIB. BARONI
DE STAIN,
SERENISS. DVCIS BRVNSVICENS.
ET LVNEEVRG.
CONSILIARIO INTIMO,
DYNASTÆ IN MVHLHAUSEN
AD ANISVM,
MÆCENATIBVS SVMMIS,
OBSERVATIONES HAS DEMISSO
ANIMI CVLTV CONSECRO,
ET FELICITATEM SIMVL CONSVMMATAM
PRECOR
JO. GOTTFR. LAKEMACHER.



DE ALVANIERI
AVGUSTISS MERRITANIE
REGI
A CONSILII SANCTIORIBVS
DYNASTE IN HANDBIBLIO
REICHAU

JOHANNI FRIIDERICIO



Elicitas est, si,
qui litterarum
studiis penitus
se se dedide-
runt, in Magnis
Viris artium li-
beralium optimarumque di-
sci-

DEDICATIO.

sciplinarum fautores inveni-
ant patronosque: illud vota
eorundem ferme exsuperat,
si ipsa Reipublicæ Columi-
na in studiorum pulcherri-
morum societatem veniant,
& doctrina quavis præclara
excellant. Vtique nomi-
ne Ambo Vos, ILLVSTRIS-
SIMI DOMINI, admirandi
venerandique estis cum o-
mnibus litterarum cultori-
bus, tum nobis præsertim,
qui eruditioni late propa-
gandæ in hac operam da-
mus academia, pro cuius
Vos salute summa providen-
tia & consilio sapientissimo

(a) 3

ex-

DEDICATIO.

excubatis vigilatisque. Neque enim amor solum favorque Vester, quo quicquid ad veram solidamque doctrinam pertinere intelligitis prosequimini, longe maximus est, sed scientia quoque omnis generis disciplinarum tanta, quanta ab hominibus, qui omnem ætatem in litteris exegerunt, vix potest exspectari. O beatas Musas nostras, quibus tanti obtigere Apollines! Quorum celso judicio si studia quis sua approba- verit, jam bene de illis confidere poterit, nihilque cau- fæ

DEDICATIO.

sæ habebit, cur judices
quosvis acutissimos extime-
lcat. Sed malo ego cum
has Excelſi Animi Vestri do-
tes illustres, tum virtutes
splendidissimas alias, quæ
eloquentiam requirunt ex-
quisitam atque gravissimam,
silentio venerabundus cole-
re, quam laudibus imperfe-
ctis (nec enim aliæ profi-
cisci ab ingenio meo pote-
runt) prædicare, ne de illis
balbutiens magnitudini ea-
rundem aliquid detrahere
videar. Hoc tantum de-
misſe Vos oro atque rogo,
MÆCENATES BENIGNIS-

(a) 4 SIMI,

DEDICATI.

SIMI, ut hanc qualemque & admirationis, quam virtutes & merita Vestra, omnem laudem vincentia, pridem in me excitarunt, & grati simul de maximis in me collatis beneficiis animi testificationem perclamenter admittere, ac studia mea porro benigne fovere ne dignemini. Valete, Patroni Maximi, & feliciter agite. HelmstadI.d.xix.Apr.

A. MDCCXXVII.

PRÆ-

PRÆFATIO.

CVm partem observationum
mearum primam equeis le-
ctoribus haud displicuisse
variis significatum fuisset
indiciis, facile a me impetravit bibliop-
ola honestissimus, ut alteram atque
tertiam succedere juberem. Vtram-
que Tibi, L.B. si a novis non prossus
aborres, nomine fortasse commendare
possim aliquo sin omnis novitatis o-
sor es, haud scio, anullo. In id enim si
non in omnibus, in plerisque saltem,
quæ in disquisitione hic posui, mo-
mentis studiose operam dedi, ut lu-
cem illis affunderem novam, quam a-
lii, quantum memoria tenebam, non-
dum attulissent: alienus ab illorum
more, qui quod aliis centies dictum
explicatumque est, non eque sine le-
ctorum dispendio tædioque, ac sine
fructu repetunt. Neque verometu-

en

PRÆFATIO.

endum esse puto, ne periculosem videatur institutum hocce meum, cum ea sapientiorum seculi nostri esse soleat cœquitas, ut non modo nihil curent, sed vehementer etiam improbent vocem illorum morosam, qui quicquid novarum opinionum titulo venit, in rebus numerandum esse clamant perniciosis. Quorum si standum esset iudicio, jam limites positi erunt optimis scientiis atque disciplinis, quos parum cultoribus nefas sit transgredi. Neque tamen id spondere audeo, nemini ante me quidquam barum opinionum, quas hic proposui, in mentem venisse. Temerarium profecto hoc foret, etiamsi vel vastissimæ lectionis florarem laude, quam mihi arrogare nullo modo possum. Fieri utique potest, ut vel aliis, vel mihi posthac ipsi occurrant, qui vel eadem, vel similia observarunt prescripseruntque. Quemadmodum v. c. Cl.
Wol-

PRÆFATIO.

Wollium locum illum Petrinum,
quem Observ. VI. p. II. illustrare in-
stitui, ex antiqua cærimonia lucer-
narum sabbaticarum, in gente Ju-
daica usitatarum, declarasse, atque i-
ta a sententia nostra haud adeo aliena
docuisse, ex Actis erudit. Lips. nu-
per admodum didici. Sic & Cel. Ma-
jum, fil. quæ Observ. VII. ejusdem
partis de Judæorum consuetudine;
homines ipsorum ritui non deditos
bestias vocandi, tradideram, locis
etiam Talmudicis Observat. sacr. p.
I. p. 81. confirmasse postea animadver-
ti. Illud tamen quemvis, qui meas
has cum aliorum commentationibus
contulerit, facile deprehensurum spe-
ro, nullius me scrinia expilasse, aut
si forte ex aliis profeci, eorum me
nomina haudquam siluisse. Por-
ro cum futurum non credam, ut,
quamvis omne adhibuerim studium,
ut nihil, nisi quod veritati consenta-
neum

P R A E F A T I O.

neum videretur, afferrem, omnibus
hæc sese approbent, minime moleste
me laturum profiteor, si cui operæ
preium videatur examini accuratiori eadem subjicere, & quæ desideranda putet indicare, præsertim si
eadem id fecerit humanitate, quavirros quosdam eruditos * dubia sua
circa observationes quasdam partis
I. proposuisse memini. Quibus qui-
dem in iterata ejusdem partis, quam
bibliopola molitur, editione satisfa-
cere conabor, decentem ubi vis, pro-
uti sane merentur, servaturus mo-
destiam: quam omnes etiam reli-
quos, quibus disputationem aliquam
mecum ingredi placuerit, a me volo
exspectare.

* E. c. *Auctores der fortgesetzten Sammlungen*
von alten und neuen theologischen Sachen im
dritten Beytrage auf das Jahr 1726. Item der
monathlichen Nachrichten von gelehrten Leuten
und Schriften, quæ Jenæ prodeunt, m. Febr.
Cl. Harenbergius in Biblioth. Lubec. vol. III.

OB-

OBSE R V A T I O N V M
P A R T I S II.
C O N S P E C T V S.

I.

D E O C V L I S , Q V I L E Æ V V L G O
T R I B V V N T V R , T E N E R I S .

*Interpretatio vocum רוחה עניהם vulgaris re-
jicitur §. 1. עניהם vultum etiam notat, s. faciem
§. 2. רח illud dicitur, quod tenue ḥ exile est. Hinc
תניהם רוח facies est macilenta §. 3. quæ de-
formis habita fuit §. 4.*

II.

D E C R E T H I E T P L E T H I .

Sententiae nostræ summa proponitur §. 1. Crethæ ad gentem Philistaorum pertinuere §. 2. horumque certam quandam familiam s. nationem constituerunt §. 3. Partem Philistæ australē tenuerunt, nominatim Gazam cum agris suis §. 4. Crethim dicti qs. Cretes, s. Cretenses. Advenerunt enim ex Creta, quod arguit (1) Nomen cognatum §. 5. (2) Cretensium ad urbem Gazæorum expeditio §. 6. (3) Minois vicus, in agro Gazensi a Cretensibus conditus §. 7. (4) Jovis Cretensis cultus, qui Gazæ olim floruit §. 8. (5) Sagittandi ars, quam Philistæ cum Cretensibus communem habuere §. 9, 10, 11. Vestigia factæ quondam Cretensium in Palæstinam migrationis in Tacito §. 12. Κεφαλεια Act. II, II. qui? §. 13. Plethæ itidem Philistæi §. 14, 15,

(b)

16.

16. ac speciatim Ascalonis, Azoti & Accaronis urbium
habitatores §. 17. Crethæorum & Plethæorum officium
§. 18. Clerici argumenta, quibus Crethæos Philistæos
non esse demonstrare conatus est, refelluntur §. 19.

III.

DE CAMPO ELYSIO IN MESSENIA
SITO.

Veterum & recentiorum de situ campi Elysi dissen-
sus §. 1, 2. Est de eo ex solo judicandum Homero, cu-
jus locus affertur §. 3. Eliciuntur inde κείτησις campi
sex §. 4. Primum: Terra campo Elycio nobilitata
Menelai fuit patria §. 5. Secundum: Fuit eadem
campestris, vel campum certe unum habuit no-
biliorem §. 6. Tertium: Sita fuit in terræ finibus,
respectu habito ad Argos §. 7. Quartum: Rhada-
manthum habuit §. 8. Quintum: Suavem & ju-
cundam mortalibus præbuit vivendi rationem §. 9.
Sextum: Optima in illa fuit aeris temperies §. 10.
Singula Messeniacæ conveniunt. Fuit igitur ibi campus
Elysius, speciatim in planicie Messeniaca, & in tra-
etu Macaria. §. 11. Nominis ratio explicatur §. 12.

IV.

DE LINGVIS INTER APOSTOLOS
DISTRIBVTIS.

Personati Soleichti commentatio tractationi huic
occasione dedit. Opinionis nostræ compendium §. 1.
Mirum, interpres non cogitasse de formula Iud.
יְהוָה יְהוָה, quæ exponitur §. 2. Obtigit apostolis
linguarum domum in templo versantibus §. 3. Γλῶσ-
σαι hic dialecti sunt, non linguae oris §. 4. Διαμε-
ριζονται vero distributionem significat §. 5. Quæ &
quot

(28) o (29)

quot linguae tributae apostolis fuerint. Lightfooti & nostra sententia §. 6. Voces ὡφῆσται αὐτοῖς quid denotent §. 7. Illud ὥστι πνεός comparationem exprimit, qua vis sermonum ab apostolis habitorum cum igne confertur §. 8. verborum ἐκάδισε ἐφ' ἑνα ἐκαστον αὐτῶν ac totius loci interpretatio compendiaria §. 9.

V.

DE JVDÆORVM MAGIS HORVM- QUE ARTE, SPECIATIM DE ELY- MA MAGO.

Magorum nomen in Medis natum, apud quos proprium illud fuit certæ cuiusdam nationis: adoptatum deinde a Persis & Babyloniiis §. 1. nec non a Iudeis, quibus illud virum initio denotavit sapientem atque eruditum, postea vero præstigiatorem, impostorem §. 2. Magiæ Jud. descriptio & specimina aliqua §. 3. Amuleta Jud. קמיעות, horumque exemplum aliquod cum interpretatione §. 4. Comparantur cum illis tabulæ Thraciae. Plutarcho ΕΦέσια γεάματα vocantur. Vsi etiam illis primi inter Ephesios Christiani. Pretium eorum ingens §. 5. Magi quidam Jud. clari: Salomo rex, si Josepho credimus, Eleazarus, Simon Magus, septem Scevæ filii §. 6. Bar Jesu, à Elymas, quod nomen ex Chald. אלימא, עלימא, forte sonante fabricatum §. 7.

VI.

DE LYCHNO LVCENTE IN LOCO OBSCVRÖ ET DE PROPHETIA NON NATVRALI.

Connexio verborum cum antecedentibus. Alluditur illis ad candelabrum sacrum, in conclavi templi sancto
(b) 2 *colle-*

collocatum §. 1. Sanctuarium templi æque ac tabernaculi solis lumini non magis pervium fuit, quam Deorum fana apud gentes alias. Reète igitur vocari potuit τόπος ἀνυψός, locus caliginosus §. 2. Disputat tamen tenebras candelabrum aureum, septem instrumentum lychnis, qui noctu singuli, interdiu vero ex parte tantum arserunt §. 3. Petrus ad candelabrum potius ὅν clavile templi sacrum, quam ad lychnuchum locumque aliquem obscurum vulgarem respexit, §. 4. Verba: donec dies illucescat & lucifer oriatur in cordibus vestris, ex ritibus circa candelabrum templi observatis lucem accipiunt §. 5. Sententiā Petrinā: Omnis prophetia scripturæ ἴδιας ἐπίλυσεως & γνεται, prophetiam naturalem esse negatur. Επίλυσις non interpretationem hic notat, sed accessum. Itaque προφητεία ἴδιας ἐπίλυσεως ea est, quæ virtute quadam mentis propria & naturali provenit. Iudei vaticinandi facultatem naturalem quandam mentis dispositionem, ὅν certa quadam fortunæ munera requirere; Græcorum aliqui a sola mente humana proficiunt, imo huic innatam esse docuerunt: quanquam alii rectius senserunt. §. 6.

VII.

DE PAVLO CVM BESTIIS PV-
GNANTE.

Θεοιομάχειν sensu quidam proprio, alii translato acceperunt: atque hi quidem rectius §. 1. Quod confirmatur (1) ex eo, quod ethnicos Iudei bestias vocare consueverint §. 2. (2) ex eo quoque, quod Ignatius verbo illo de pugna usus est cum hominibus feris §. 3.

OBSER-

• ६० (२०)

OBSERVATIONVM

PARTIS III.

CONSPECTVS.

I.

DE SALICVM RAMIS TABERNACVLORVM FESTO JVXTA ALTARE HOC LOCACVSTORVM STATVTIS.

Schmidii & Sal. v. Till *interpretatio*. *Nostrā opinione respicit psalmi auctor ad perlongos salicū ramos, qui festo tabernacul. circum altare statuebantur* §. 1. *Psalmum hunc σκηνωπηγίας solennitate cantatum in templo fuisse, ex variis indiciis colligitur* §. 2. *Ad cuius solennitatis ritus is etiam pertinet, quo salicū rami ex Moza (loco Hieros. vicino) petiti in altaris ambitu collocabantur* §. 3. *Erant rami illi ejus altitudinis, ut altaris attingerent cornua* §. 4. *Origo ritus* §. 5. *רַבְתִּים rami arborum densi sunt. Ligare festum, est alligare ramos in festo* §. 6.

II.

DE RITV CAPITIS IN SACRIS VELANDI, A ROMANIS AD JVDÆOS PROFECTO.

Judæi sacris operantes velamentum capiti obducunt טרייה *dictum, quod describitur. Eum morem Paulus improbat. Græci teō capite in publicum non prodibant* §. 1. *Romani Deus suos operto capite adorabant, colebantque. Plutarchi locus, cuius occasione tria expenduntur* §. 2. (1) *Quis ritum in Italiam intulerit* §. 3.

(b) 3

(2)

(2) Quibus rebus capita obvolverint Romani, rem sacram facientes §. 4. (3) Quo id fecerint consilio, quibusve de causis §. 5. Judæi ritum a Romanis acceperunt, quibus ille inde ab omni memoria proprius fuit §. 6. Judæi rerum Roman. studioſissimi §. 7. Consuetudinum, quas a Roman. Judæi adjungere, exempla §. 8. Judæi ejusdem materiæ pallium ad capita obnubenda adhibuere ac Romani §. 9. Finis ritus apud Jud. & Rom. idem §. 10. Ecclesia nostra illam consuetudinem in exemplum traxisse videtur §. 11.

III.

DE FICTO SACERDOTE JVDÆO-RVM CASTRENSI, S. BELLI CAVSA VNCTO.

Propositum §. 1. Officium sacerdotis castrensis ex Maimonide descriptum §. 2. Proclamationis in exercitu Israelitarum fieri solitæ rationes. Sacerdotis castrensis privilegia §. 3. Dignitas illa post exilium Babylon. locum haud invenit, propter olei sacri defecatum §. 4. Nullum habet praesidium neque in lege §. 5. neque in historia gentis §. 6. nec denique in traditione §. 7. In figuris igitur numeranda est §. 8.

IV.

DE LINGVA DEORVM, HOMERO CELEBRATA.

Argumentum hoc illustratione dignissimum censetur. §. 1. Loca Homeri sex, quibus linguae Deorum injicitur mentio §. 2. Scamander fluvius, hominum lingua sic vocatus §. 3. Eundem εαυθὸν appellavere Dii. Hoc

Græ-

Græcum §. 4. Illud Phrygium nomen est §. 5. Deorum igitur Græca, hominum vero lingua Phrygia est: quod exemplis etiam reliquis ostenditur §. 6. Rationes duas, quare Græca lingua divina, Phrygia autem humana vocata fuerit §. 7. Postelli sententia §. 8.

V.

**DE JVDÆIS ΒΔΕΛΥΤΚΤΟΙΣ ET AD OMNE
OPVS BONVM ΑΔΟΚΙΜΟΙΣ.**

Judæi Cretenses moribus erant pessimis; discriminis tamen in cibis servandi studiosi: reprehensi idcirco a Paulo, cuius verba afferuntur & ex parte explicantur §. 1, 2. Βδελυττοις cum vocat Paulus, comparat eos cum פִגָּרְלַת הַרְבָּה: quæ voces exponuntur §. 3. Cum ἀπειθεῖσ, ad hostias respicit reluctantes §. 4. Cum πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀλογίμοις, ad victimas, vel sacerdotes etiam vitiosos §. 5. Hominum cum victimis comparatio Paulo minime insolens §. 6. Verborum apostoli paraphrasis §. 7.

VI.

DE HIEROSOLYMA SEPTICOLLI.

Vulgo putant, Apocalypseos scriptorem Romanam indicare, quippe 7 collibus insidentem §. 1. Sed dedit ille potius Hierosolymorum imaginem §. 2. Judæi veteres Hierosolymis septem assignarunt colles: quotquidem urbs illa vere habuit §. 3. Sunt illi: Zion & Acra §. 4. Moria §. 5. Bezetha §. 6. Tria montis oliviferi culmina, pro parte urbis habita: qua occasione de Bethphage differitur §. 7, 8, 9, 10.

VII.

VII.

DE UTILITATE, QVAM E SCRIP-
TORIBVS GRÆCIS PROFANIS CAPERE
POTEST V. T. INTERPRES,
ORATIO.

*Lectionis scriptorum profanorum utilitas genera-
tim, contra vituperantes, afferitur. Sermonem Græ-
cum ad Hebraicum plenius intelligendum multum con-
ferre docetur. Scriptorum Græcorum utilitas cum in
vocabus Hebr. singularibus, tum in phrasibus integris
curate interpretandis; in librorum sacrorum fide at-
que auctoritate confirmanda, in geographia & historia
sacra; in idololatria, ritibus Hebraeorum domesticis
atque sacris; in morbis rebusque naturalibus; & in
arte denique poetica explicandis ostenditur. Adver-
sarii confutantur. Exempla nonnulla melioris nota-
interpretum, qui ex auctoribus illis multum profece-
runt, afferuntur, Gratiarum actiones.*



OBSER-



OBSERVATIONVM PHILOGICARVM
PARS ALTERA.

OBSERVATIO I.

DE

OCVLIS, QVI LEÆ VVL-
GO TRIBVVNTVR, TE-
NERIS.

Ad Genes. XXIX, 16.

§. I.

CVm confilium cepisset Jacobus patri-
archa, de filiarum Labanis alterutra
in matrimonium ducenda, dignior
ei amore visa est Rachel, quam Lea,
quod illa forma esset præstanti, hæc autem
עינים רכבות oculis, ut vulgo vertunt, *teneris*,
h. e. ex quorundam interpretatione, *lippis*.
Hæc mihi versio & interpretatio nunquam
fateor satisfecit, quod intelligi vix posse pu-
tarem, quid oculi fint teneri, aut quam saltem
illi deformitatem possent afferre: nec tenerum

Pars II.

A

&

& lippum unum idemque esse mihi persuaderem, nulla apparente rerum istarum cognatione. Quare longe aliud quid vocibus istis significari existimavi, quod quid sit, paucis nunc lubet investigare.

§. II.

Itaque vox עין non oculos modo notat, sive visus instrumenta, sed ipsam quoque faciem, per synecdochen partis pro toto. Ita בנות ענים a) verti oportet tegumentum vel vclamentum faciei. Scilicet jubebat Abimelech Saram argento illo, quod dedisset, pepulum aliquod sibi comparare, quo faciem posthac tegeret, ut occasio deeslet eam aspicientibus amore ejus exardendi. Nam antea quidem, præter morem feminarum honestarum in oriente, facie incesserat reiecta: sicuti vel inde potest colligi, quod in regiam suam duci illam jussérat Abimelechus, feminae haud dubie forma captus. Hac autem capi qui potuisset, nisi conspiciendam se ea præbuisset, faciemque ostendisset vel ipsi Abimelecho, vel ejus saltem aulicis, venustatem Saræ regi suo deinceps commendantibus? Is igitur, cognito Saræ matrimonio, dedit marito ejus mille sculos, 250 imperialibus nostræ monetæ æquiparandos, voluitque, ut ar-

gen-

a) Gen. XX, 16.

gentum ilud esset **בְּסָות עֲנָם**, h. e. ut eo uteretur Sara, ad emenda pepla sibi feminisque, quæ in comitatu essent, reliquis, non ad oculos solum, sed ad vultum integrum velandum. Hic sensus, mea opinione, est loci, qui perobscurus haberi solet ab interpretibus. In eo igitur **עַיִלְתָּה** non oculi sunt, sed facies. Idem significatus vocabuli in illo Esaiæ locum habet : b) **וּבְפִרְשָׁכֶם כְּפִיכֶת**) **אַנְלִים שְׁנֵי מְכַבֵּת** Cum expanditis manus vestras, occultabo faciem meam a vobis. Esse hanc verborum sententiam ex loco liquet parallelō c), ubi pro voce **עֲנָם**, faciem significante apertius, divinus vates utitur. **חַטָּאתְכֶם** **פְּנֵים מִכֶּם מִשְׁמֹעָה** **וְיִסְתְּרוּ פְּנֵים מִכֶּם מִשְׁמֹעָה** Peccata vestra occultant, avertunt, faciem (Dei) a vobis, quominus exaudiamini. Et cum Jeremias d) genti Israeliticæ ait : **כִּי תִּקְרַע בְּפֶךְ עֲנָךְ לְשֹׁא תְּרִפֵּי** Licet laceres fuso oculos tuos, incassum tamen ornabis te, quid est, quod per oculos intelligat, nisi facies? Sane enim huic illini solet fucus, non oculis. Nam **ψεύτης** illud est, quod Φῦκος dixerat Græci, fucum Latini, i. e. herba marina, qua lana, colore inficienda rutilanti, tingi, mulieres uti solebant ad conciliandum faciei, speciatim genis, ruborem. **L V C I A -**

A 2

NVS:

b) Cap. I, 15.

c) Cap. LIX, 2.

d) Cap. IV, 30.

4 Obs. I. De Oculis, qui Leæ vulgo

NVS: e) Κάπειδαν ἀντῶν ὅλον τὸ σῶμα νέθης
ζυμοεφίας ἐξαπατῶντι κάλλει διαμαγευθῆ, τὰς
ἀναιχύνυσε παρειὰς ἐρυθράνωσιν ἐπιχείσοις Φύνε-
σιν, ἵνα τὴν ὑπέρλευκον ἀντῶν καὶ πίστα χρειὰν τὸ
πορφυρὸν ἄνθρο ἐπιφονίῃ. Jam vero, ubi to-
tum corpus adulterinæ istius formositatis fallaci e-
legantia, quasi quibusdam præstigiis, efformatum
fuerit, impudentes etiam genas rubefaciunt illitis
fucis, ut videlicet nimium ipsarum ὅ pingue co-
lorem purpureus ille nitor, insuper additus, rubore
faciat. CICERO: f) His tribus figuris insidere
quidam venustatis non fuso illitus, sed sanguine
diffusus debet color. Quando igitur populo
Judaico exprobrat Jeremias, quod oculos suos
quasi laceret בְּפַרְחָה, hoc vult, illinere eum fa-
ciei suæ fucum, ad ruborem ementiendum
venustatemque comparandam, instar femi-
narum levium, quæ forma fallaci amasios al-
licere studeant. Posset ea vocabuli יְנִים pot-
testas exemplis demonstrari pluribus, nisi tria
illa sufficere existimarem. Illud tamen non
possum quin addam, eadem loquendi ratio-
ne, qua oculi pro facie ponuntur integra,
Græcos etiam fuisse usos. οψ illis oculus
proprie est, quod sciunt omnes, qui Græce
sciunt; usurpavit vero Homerus vocem de to-
to vultu, cum dixit: g)

On

e) In Amorisbus T. Opp. IV. p. m. 224.

f) De Orat. I III. p. 135.

g) Odyss. I. v. 411.

Οὐ μὲν γάρ τι πακῷ εἰς ὥπα ἔωκει

Neque enim improbi vultum præ se ferebat.

Vbi optime vetus scholia stes εἰς ὥπα exponit τὴν πρόσοψιν, conspectum, vultum; nec minus recte EUSTATHIUS observat: ὥπα τὸ ὄλον ἐπόντες πρόσωπον ἀπὸ τῆς τημωτάτης μέρους αἵρεται τὸ πᾶν παρενόμαται πρόσωπον, οἷονεὶ τὸ πρός τοῖς ὄφθαλμοῖς. τὸ γὰρ μετατῆς ὥπας μέτωπον. Ὡπα, oculum, totam dicunt (proci) faciem, ex parte hujus nobiliōri, ex qua ὁ facies προτώπη nomen apud Græcos accepit, quasi dicas, quod circa oculos est; perinde ac μέτωπον, frons, dicta fuit, quasi μετατῆς ὥπας, pars faciei, quæ est post oculos. Eodem sensu apud HESIODVM h) occurrit:

Ὕφαισον δὲ ἐκέλευσε περιμλυτὸν ὅππι τάχισα
γαῖαν ὕδει Φύρειν, ἐν δὲ αὐθεώτῳ Θέμεν αὐδὴν,
καὶ σθένος, ἀθανάταις δὲ θεᾶς εἰς ὥπα εἴσηνει.
Vulcanum vero inclytum jussit quam celerrime
Terram aquæ miscere, hominisque indere vocem,
Et robur, immortalibus vero Deabus facie similem reddere.

Nec præterire quenquam potest, vocem ὥματα, itidem oculos denotantem, subinde pro facie apud scriptores Græcos accipi. Est

A 3

haud

h) Op. &c dier. v. 62.

6 *Obs. I. De Oculis, qui Leæ vulgo*

haud dissimilis figura, cum *os* Latini pro facie dicunt s. vultu, *OVIDIUS*: i)

*Pronaque cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Fussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

In quibus clarum est *os* sublime idem esse, quod *erectos vultus* statim appellat poeta. Sic *TERENTIO* k) lacrimis totum *os* oppлere est, totam rigare faciem. Quid igitur mirum, si & *Hebraei*, faciem indicaturi, עיניהם *oculos* nuncuparunt?

§. III.

Istam autem significationem ut loco nostro potius congruere censeam, quam vulgaritatem illam, praeter orationis contextum, addita vox רכחות facilitates integræ faciei, quam solidis oculis, convenientior. רן enim illud *Hebrais* dicitur, quod *molle* est, *tenerum*, *tenue*, *exile*. Sic רכה וענגה i) *mollis* est & *delicataula*. רך תלבב m) *nati teneri*, *ילודים רכים* *mollis corde*, h.e. homo animo non magno fortique, sed abjecto, sive, ut *Cæsar* loquitur, *tenui* & *infirmo præditus*, *ein kleinmüthiger verzagter mensch*: *qualem Rehabeatum*, par-

i) *Metamorph. I*, v. 85.

k) *Heautontim. Act. II*, sc. 3, v. 65.

l) *Esa. XLVII, 1.*

m) *Gen. XXXIII, 14.*

rentem suum, filius Abia prædicare non ve-
retur. n) Translate רְבָנָה blandum notat, ut in
illo: o) לשׁון רְכָה תְשַׁבֵּר נָבָת lingua blanda
frangit os, i. e. sermo blandus & humanus
flectere & delinire potest homines durissimos.
Et apud Jobum p) וְבָרָךְ רְכָות est verbis uti
blandis. Jam harum significationum nulla
facile ad narrationem Mosis præsentem æque
bene quadribit, si עִינִים oculos interpreteris,
ac si vultum, sive faciem. Id proclive intelle-
ctu est, propositum divino scriptori fuisse, ut
Leam nobis repræsentaret, ut virginem mi-
nime venustam, imo deformem; Rahelem
contra ut formosam. Cui scopo equidem
haud per video quomodo satisfecisset, si oculi
tantum vel molles vel teneros, vel tenues
Leæ attribuisset. Tametsi enim in oculis pars
quædam & venustatis sita est, & deformatiatis;
solemus tamen, cum de forma judicamus, ad
vultum potius respicere integrum, quam ad
solos oculos. Deinde difficile explicatu est,
quid oculi sint molles vel teneri. Vulgatus
quidem lippos exposuit, a quo non abludit
R. SALOMO ben Melech, q) qui idem es-
se vult, ac דָּמָעֹת lacrymantes, nixus forte
perlerido illo commento Rabbinico, quo fin-

A 4

gitur

¹¹) z. Chron. XIII, 7. cf. Dcut. XX, 8.

o) Proverb, XXV, 15.

p) Cap. XL, 27.

q) In *Michlal Jophi* fol. 10.

שהורתה סבורה לעלות בגורלו של עשו
ובכח שהוא הכל אומרים שני בנותם לרבקה
ראשו בנות לבן הגוזלה לגורל והקינה לקטן
quod, fore putans ut in Esavi damnetur conjugium, lacrymis sese atque lamentis dederit, cum omnes dicerent: Duo Rebeccae sunt filii, & Labani duas filiae. Harum que natu major est uxor dabitur filio Rebecca natu majori (Esavo), altera natu minori (Jacobo) r). Natam vero hanc expositionem inde puto, quod in voce רכחות interpretes illi reperiri posse desperarent vitium oculorum aliud, Leæ deformandæ aptum, præter lippitudinem. Hanc igitur coacti arripuerunt, licet a mollitie & teneritate alienorem. Miror, cur non, cum vulgari vocis עיניהם significatui inhærendum esse putarent, oculos potius interpretati sint *tenues* sive *exiles*, qui non essent *bien fendus*, ut Gallis mos est appellare. Sic enim & vim vocis propriam expressissent, & aliquid simul indicassent, quod pulcritudini tantum derogare censetur, quantum oculi magni eidem addere. ARISTENETVS s) fane ad formam Laidis Veneriam illud etiam refert, quod sint ei ὁφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς, οὐδὲ παθαῖ φωτὶ διαλαμπούστες, oculi magni, lucidi puroque splen-

r) V. R. Sal, Isaacidis Commentar. ad Gen. XXIX, 16.

s) Epist. L. I. ep. I.

splendentes lumine. Cum vero, quando Rahel רָהֵל dicitur וַיְתִּחְזֹּק מְرָאָה, hoc est egregio formæ decore, vultus in primis, t) prædita, oppositi ratio exigat, ut in Lea faciem concipiamus deformem; euidem per עֲנָם רְכֻת rectius intelligi opinor faciem tenuem, h. e. gracilem & macilentam, *ein dürres hageres gesicht*, ut hunc habeamus verborum sensum: *Lea facie erat arida, exsucca, exsanguisive*, ut Plautus vocat, *ore macilento*.

§. IV.

Huiusmodi autem facies, quæ ut plurimum pallida simul est, uti hodie pulcra haberi non solet, ita & olim in deformibus numerata, & feminis quoque convenire creditum fuit, quod de apibus dixit VIRGILIVS u): *vultur deformat macies.* OVIDIVS, x) faciem corpusque fœdum Invidiæ descripturus, *Pallor*, ait, *in ore sedet macies in corpore toto.* Quemadmodum e contrario facies succi plena, rubicunda, & ex succo ac sanguine genas habens nitentes, venusta judicata fuit. Hinc de Neuride virginе Diophapha pusilius apud ALCIPHRONEM. y) *Neurida idem*

nca-

t) V. iterum Raschi l. c.

u) Georg. IV, v. 254.

x) Metamorph. II, v. 775.

y) Epist. I. III. ep. 67.

10 Obs. I. De Oculis, qui Leæ vulgo

κανη Φορθσαν, παρθένον καλλίπηχυν, καὶ ἐνδά-
κτυλον, ταῖς βολαῖς τῶν ὄφθαλμῶν ἀσφάπτωσαν,
ἐυμήκη καὶ ἔυχρουν, ἵνα παρειὰ μαρμάρεσσιν,
ὅτως ἐξεκάυθη ἐις ἔρωτα, ὡς με ἐπιλαθόμενον,
ὅιος ἔιμι, προσδεσμόντα ἐθέλειν κύται τὸ σύρα
Neurida conspicatus, canephoram virginem, pul-
chris ulnis præditam pulchrisque digitis, acie ocu-
lorum coruscantem, proceram & boni coloris, cu-
jis genæ nitent, ita exarsti in amorem, ut oblitus
qui sim, accurrens voluerim suaviari os. Et A-
RISTAENETVS z) in sua Laide λευκὰς μὲν
ἐπικαὶ καὶ υπερύθρες παρειὰς καὶ τάντη τὸ Φαι-
δρὸν ἐκμιμώνεις τῶν ρόδων mixtas candore ac
rubore genas, & nativum rosarum splendorem re-
ferentes suspicit. MUSAEVUS a) de Hero
virgine, Veneris ficerote :

Ἄνεα δὲ χιονέων Φοιώσσετο κύκλα παρειῶν,
καὶ ρόδον ἐκ καλύκων διδύμοχρον. Η τάχα Φάιν
Ηρῆς ἐν μελέσστι ρόδων λειψανα Φανῆναι,
χρόνην γαρ μελέων ἐρυθάνετο.

Summi vero nivearum rubebant circuli generum,
Ut rosa ex thecis bicolor: certe dices,
Heras in membris rosarum pratum adparere;
Color enim membrorum rubebat.

En-

z) loco cit.

a) In poemate de Hero & Leandro v. 58.

Encolpius de Albucia apud PETRONIVM:

b) *Mellea purpureum depromunt ora ruborem.*
Tali igitur forma & Rachel videtur fuisse
prædita: unde factum, ut eam potius, quam
Leam, amore complecteretur Jacobus.

**OBSERVATIO II.
DE
CRETHI * ET PLETHI.**

§. I.

Crethæorum & Plethæorum nomina, scri-
ptoribus sacris passim, in historia præ-
sertim Davidica, commemorata, disqui-
stitionibus ansam dederunt & opinionibus
variis, quas singulas recensere uti operosum
foret longumque, ita instituto nostro minus
convenit. Mihi constitutum est, quid in ar-
gumento isto, non parum sane tenebricoso,
& ab aliis, meo judicio, nondum satis illu-
stra-

b) In *fragm. p.m.* 221

* Aperui meam de Crethæis sententiam jam tum ali-
quot ab hinc annis dissertatiuncula singulari, in *An-
naliibus Acad. Julie* Sem. VII. p. 125. recensita. Ne-
que nunc ego sententiam istam proorsus deserui, sed
hac etiam scriptione Crethæorum nomen, uti facere
tunc institueram, Philistæis vindicavi; ita tamen,
ut illud nou ad gentem istam universam, sed ad par-
tem tantum ejus aliquam pertinere ostenderim. Ad-
jeci simul meas de Plethæis conjecturas.

strato, vero videatur simillimum, paucis explicare. Est in tali genere illud eligendum amplectendumque, quod probabilitate se præ ceteris commendat, cum quod omnino certum sit indubitatumque assequi vix liceat. Quod uti in confessio apud omnes est, ita hæc lecturos ejus meminisse summopere cupio. Ut autem quid sentiam primo statim intuitu lectori pateat, opinionis meæ hæc summa est: *Crethæi & Plethæi nationes duæ sunt ejusdem gentis, ac ejus quidem, que Philistæorum nomine solet appellari. Illi (Crethæi) ex Creta insula, unde advenerant, nomen adepti, urbem Gazzam & quicquid agrorum ad hanc pertinuit, tenuerunt; hi vero (Plethæi h. e. Philistæi proprie sicut dicti) urbes Philistææ reliquas possederunt.* Ex utrisque numerum Davides habuit electorum juvenum, quibus pro satellitibus corporisque custodibus uteretur. Huic positioni fidem nunc facere allaborabo.

§. II.

Erit igitur primo loco illud ostendendum, Crethæos ad Philistæorum gentem pertinuisse, hujusque partem fuisse aliquam. Atque hoc quidem ex I. Sam. XXX, 14. coll. cum v. 16. & ex Ezechielis atque Zephaniæ effatis, inferius afferendi, tam clarum esse censeo, quam quod clarissimum. Apponemus ex I. Sam. locum integrum, ut ad oculum res patet-

אנהנש פשטו נגב החרתו וערל אשר :
 ליזווחה ועל נגב כלב ראת צקלג שרפנו באש
 ויאמר אליו דוד והטורנו אל הגדור זהה ויאמָל
 השבעה לי באליהם אבס תמיותנו ואמ תסגרנו
 כור אווע ואורוך אל הגדור זהה ויררווח והנה
 נטשיסט על פנֵי כל הארץ אכלים רשותיסט
 וחננים בכל השלאן הגדור אשר לקחו מארץ
Invasimus nos, (Amalekitæ) verba sunt servi cujusdam Amalekitæ,
 a Davidis copiis intercepti, & ad Davidem
 adducti, regionem australē CRETHÆORVM,
 & agros tribus Judæ tractumque australē Calebī
 (i. e. ditionem Hebroniticam, quam Calebī
 tenebant posteri. V. Jos. XIV, 13. 14.) & Zikla-
 gum urbem incendio delevimus. Tum dixit ei
 David: An me ad agmen illud (Amalekitarum)
 deduces? Jura mibi, inquit ille, per Deum, te
 non occisurum me, neque traditurum in manum
 heri, & ducam te ad agmen illud. Itaque duxit
 eum, jurejurando præstito. Ecce vero sparsi erant
 per omnem istam regionem, comedentes & bibentes,
 ac hilariter se gerentes, propter omnem illam in-
 gentem prioram, quam rapuerant ex terra PHILISTÆORVM & ex terra Judæ. In qua nar-
 ratione, nisi forte omnia me fallunt, manife-
 stum est,qua regio australis Cre-
 thæorum appellata ante fuerat, statim dici
 ארץ פלשטים Philistæorum terram, adeoque Cre-
 thæo-

thæorum & Philistæorum nomina pro synonymis haberi. In quo argumento me non videre fateor, quid, pro rei substratæ conditione, desiderari possit, ideoque mirari, quod sagacissimus vir, *Jo. CLERICVS*, scripsiterit, a) eos, qui Crethæos velint Philistæos fuisse, sententiæ suæ nullum satis firmum argumentum proferre. Vsi nempe, quod ignorare Clericus minime potuit, argumento nostro, pridem alii ante nos fuerunt. Quod autem ille existimat, liquere ex eodem, quem modo produximus, loco, Crethæos familias fuisse tribus Judæ, id quidem secus esse insipienti cuivis facile apparebit. Ecquid enim, si ad tribum Judah Crethæi pertinuerunt, eorum regio a terra tribus Judæbis distinguitur? Ad rationes, contra opinionem, quam nunc tuemur, a doctissimo Clerico allatas, deinceps respondebimus.

§. III.

Neque tamen putandum est, Crethæorum nomen Philistæis universim omnibus tribui; fuisse enim illud certæ tantum in ista gente familiae, vel nationis potius, proprium, ex Ezechiele atque Zephania potest colligi.
 כה אמר יהוה הנר כה ידו על פלשתים והכרתי את כרתים ויהאboro

a) *In Commentar. ad 2. Sam. VIII.*

b) c. XXV, 16,

וְהַאֲבוֹתִי אֶת שָׁאוּרִת חֹוף הָם Sic dicit su-prenum numen. Ecce ego extendam manum me-am adversus Philistæos, et exscindam Crethæos, (elegans hic est in verbis Hebraicis paronomasia) reliquosque finis maris accolas. Quibus
 הוּי יוֹשֵׁב gemina sunt illa Zephaniæ : c)
 חַבֵּל הָם גּוֹ כְּרוּתִים וְדָבָר יְחֻזָּה עַלְיכֶם כִּנְעָן
 אָרֶץ פְּלִשְׁתִּים וְהַאֲבוֹתִיךְ מִןְיָן יוֹשֵׁב
Væ vobis,
 qui tractum inhabitatis maritimum, Crethæorum
 gens : Verbum Domini contra vos, Canaan, ter-
 ra Philistæorum. Disperdam te ita, ut incolis fias
 vacua. Comminationem utramque adversus
 solos Philistæos directam esse abunde liquet,
 ex Zephania maxime, qui diserte quatuor
 commemorat urbes, tanquam ad Crethæos &
 Philistæos spectantes, videlicet *Gazam, Ascalo-*
nem, Azotum, & Accaronem, propediem de-
 solandas, præterea nullas. Eas autem urbes
 quatuor inter omnes constat a solis olim pos-
 sessas fuisse Philistæis. Ac potest vel ex hoc
 Clerici refelli sententia, qua Crethim tribus
 Judæ censentur familia. Nam si pars illi fue-
 runt populi Judaici, quid est, quod idem il-
 lis ac Philistæis exitium denunciat propheta,
 qui hoc ipso loco læta ac prospera Judæorum
 genti ominatur? At cum propheta tamen uter-
 que Crethæos a Philistæis separatim nominet,
 atque

c) c. 11, 5.

atque adeo diversos faciat (neque enim est, cur phrases : *extendam manum meam aduersus Philistæos, excindam Crethaos, perdam reliquos sinus maris accolas*, atque his similes apud Zephaniam pro idem significantibus habeamus, cum ex tota orationis serie appareat, fuisse hoc prophetis propositum, ut habitatores regionis Philistææ sigillatum percenserent, quemadmodum & Zephaniaz urbes ejus singulas paulo ante recensuerat,) indicio hoc esse potest, Crethaos, licet ad Philistæorum gentem pertinuerint, nationem tamen fuisse peculiarem. Ut ita sic statuendum videatur : gentem Philistæam universam in duas divisiones fuisse nationes, quarum altera Philistæi essent proprie sic dicti, altera Crethæi, qui tamen ipsi gentis, cum qua coaluerant, nomine interdum appellantur, ut in illo libri prioris Sam. loco, quem antea attulimus.

§. IV.

Quod si porro inquirendum sit, quam Philistææ partem tenuerint Crethæi, sunt quæ suadent, eam illos, quæ in austrum spectabat, incoluisse. Nec quidquam affirmare me existimem, quod a vero abhorrens videri possit, si dicam, Gazam urbem, cum agris suis, sedem fuisse Crethaorum propriam. Cujus conjecturæ meæ rationes antequam expromam, non alienum forte erit, si, quis fuerit regio-
nis

nis Philistæorum situs, quæ urbes, breviter indicavero, cum sine ista cognitione vix plene intelligi possint, quæ tum hic, tum postea differemus. Tradit igitur JOSEPHVS, (d) Philistæorum regionem ὅμοιον εἴναι τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ Αἴγυπτο οὐσίαν. Vere quidem. Patet enim ex Ex. XIII, 17. Philistæam, Mosis certe ætate, Αἴγυπτον inter atque Canaanem ita fuisse positam, ut, si quis ex illa in hanc contenderet, brevissimum ei iter per Philistæorum agros esset. Prodit quippe ibi scriptor divinus, non duxisse Deum Israelitarum exercitum per Philistæorum terram, quod metuendum fuerit, ne, cum bellum a Philistæis, a transitu ipsum prohibituri, paratum videret populus, pœnitentia datus in Αἴγυπτον reverteretur. Oportet igitur eum Philistæos tunc inhabitasse tractum, qui Idumæam inter & mare mediterraneum extendebat. Per hunc enim via ex Αἴγυπτo in Canaanem patebat rectissima. Liquet porro tum ex ipsis sacris litteris, tum e Josephi testimonio, e) Philistæos quinque hasce posse possidisse urbes, *Gazam*, *Aescalonem*, *Asdodum* sive *Azotum*, *Gath*, quam *Gittam* vocare solet Josephus, & *Ekrōnēm*, f. *Accaronem*. Tribuuntur quidem illis *Ziklag* quoque & *Jafne*

Pars II.

B

f) sed

d) *Antiqu. Jud.* l. II, c. 6,e) *A. I. I. VI*, c. I,

f) sed erant eæ non admodum memorabiles. Scriptor libri Josuæ g) quinque meminit סִנְיָהִים principum s. præfectorum gentis Philistææ, qui urbes modo recensitas gubernarint: unde in totidem præfecturas tribui Philistæa consuevit. Erant autem quinque istæ urbes ita haud procul a mari dispositæ, ut E-kron a septentrione regionem ingresso prima fese objiceret sequerentur ordine Gath, Azotus & Ascalon, Gaza vero ad austrum extrema esset: quemadmodum a Relando demonstratum est, & ex parte ex his ARRIANI h) verbis intelligitur: Απέχει δὲ γάζα τῆς μὲν θαλάσσης ἔπειρος μάλιστα σαδίσσι, καὶ ἔπι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα ἐσ αὐτὴν δὲ ἀνοδός. Καὶ δὲ θάλασσα δὲ πατρὰ τὴν πόλιν τενταγώδης πᾶσα. Μεγάλη δὲ πόλις δὲ γάζα ἡν, καὶ ἐπὶ χώματος ὑψηλῇ ὕκινο, καὶ τεῖχος αὐτῇ περιεβέβλητο ὄχυρον. Εχάτη δὲ ὠκεῖτο, ὡς ἐπὶ Αἰγύπτῳ ἐπ φωνήν τοι εἶπε τῇ ἀρχῇ τῆς ἐρήμου. Dicitur Gaza a mari stadiis admodum viginti (quod & THEVENOTIVS i) testis oculatus, confirmat) accessu quidem propter arenæ altitudinem difficillimo. Ad hæc mare, urbi propinquum, limosum est. Vrbs ipsa ampla est in alto colle

f) 1. Sam. XXVII, 6. & 2. Chron. XXVI, 6.

g) c. XIII, 3.

h) De expedit. A. M. I. II. p. 102, ed. Gronov.

i) In Itiner. p. I. l. II, c. 36.

colle sita validoque muro cincta erat. Novissima porro incolitur, Ægyptum ex Phœnico potentibus ad initium solitudinis posita. Hanc igitur ipsam illam urbem esse opinor, quam Crethæi habi- taverint. Quo me ducunt ea, quæ de Amalekitis refert scriptor 1. Sam. l. supra cit. eos tractum Crethæorum australem populatos es- le. Jam Amalekitarum regio uti Judæam, ita Philistæam quoque ab austro attingebat, sicuti nemo dubitabit, qui quæ RELANDVS k) de Amalekitide commentatus est animo at- tento legerit. Amalekitæ igitur, Judæam at- que Philistæam direpturi, non poterant a parte alia, quam ab austro, eas regiones invadere: quod & ipsos tunc fecisse, disertis verbis testatur servus ille Amalekita, cuius verba §. 2. adduximus. Oportet igitur eos in illa ex- cursione, quod ad Philistæam attinet, tra- ctum Gazensem infestasse ac deprædatos esse, in finibus quippe Philistææ australibus situm, adeoque Amalekitidi proximum. Nec potest commode per נָגֵב הַכְּרֹת¹⁾ australia Crethæorum (quos ad Philistæos pertinuisse antea ostendi- mus) ab Amalekitis direpta, aliud quid intel- ligi, quam agri Gazæorum urbi ab austro adjacentes. nam de urbis quidem expugna- tione nihil ibi legitur. Ex quibus tandem colligo, Crethæos circa Gazam habitasse, imo ipsam urbem hanc tenuisse. Quod idem er-

B 2 do

k) In Palestina l. l. c. 14.

do quoque, quem in recensendis Philistæorum urbibus ac nationibus Zephania servat, confirmare videtur. Is enim urbes v. 4. quando enumerat, ab austro incipiens & in septentrionem progrediens, primo loco Gazam ponit; nationes vero versu statim quinto commemorans, primum Crethæos dein Philistæos nominat. Quod si jam eadem recensionis serie utrobique usum prophetam esse statuas, (Cur vero non usus sit? flagitante id dicendi ratione, quam temere non negligunt scriptores etiam sacri) consequens profecto erit, Crethæos ad austrum, ubi Gaza erat, incoluisse.

§. V.

Sedem igitur Crethæorum postquam monstravimus, ad rationem nominis investigandam accedemus. Atque eam quidem non aliunde, quam ex Creta insula, hujusque habitatoribus, Cretibus s. Cretenibus, arcepcionandam esse ducimus. Primo enim summa utriusque nominis *Crethim*, *Cretes*, convenientia est, omnibus manifesta: quam agnoscentes LXX, qui dicuntur, interpretes *גּוֹי כְּרָתִים* tum apud Ezechielem, tum apud Zephaniam, παροίης Κεντῶν advenas Cretenium, legentes forte גּוֹי כְּרָתִים, interpretati sunt. Evidem haud ignoro, esse hujus argumenti, quod a nominum petitur similitudine,

dine, minime eam vim, ut, cum alia defunt, ex illo solo certi quidquam possit effici, cum infinita sint talium nominum exempla, quæ licet affinitatis habeant plurimum, rebus tamen, locis ac personis diversissimis signandis inserviunt. Nec probare ego possum illorum philologorum morem, qui sola duorum nominum vocumque cognitione, tanquam præsidio nituntur firmissimo, quo rem significari eandem demonstrare valeant. Peccarunt certe, meo judicio, hac in re Bochar-tvs, Hvetijs, & ipse etiam, quod pace viri doctissimi dixerim, CLERICVS,¹⁾ philologi consummatissimi. Interim tamen nominum, quam dixi, congruentiam tantum abest uti negligendam prorsus censeam, ut eam potius, cum documentis aliis conjunctam, robur his addere eximium existimem. Neminem igitur fore confido, qui vitio nobis vertat, quod eandem hic quoque in sub-sidium advocemus. Neque enim Crethim, sive, quod idem est, Philistæos Gazenses Cre-tenses origine esse illa solum arguit, sed patet idem

§. VI.

Secundo ex hoc STEPHANI Byzantini te-stimo-

B 3

1) Hic præfertim in *Commentario* suo in Hesiodi *Theo-goniam*.

stimonio: m) Εὐλήθη δὲ καὶ Μίνως, ὅτι Μίνως
 σὺν τοῖς ἀδελφοῖς, Αἰάνω καὶ Ραδαμάνθει, ἤώ,
 ἐξ ἀυτῶν τάυτην ἐκάλεσε. MINOA etiam dicta
 est (Gaza) quia Minos, eo profectus cum fra-
 tribus Aeaco & Rhadamanthe, illam vocavit de
 suo nomine. Loquitur Stephanus de Minoe
 illo, quem Jovis ex Europa filium, Aeaci &
 Rhadamanthi fratrem Graecorum mythogra-
 phi, Josuæ vel Othnielis aequalem chrono-
 logi faciunt, &, discriminis causa, primi co-
 gnomine mactant. Malim tamen ego istam
 Stephani narrationem de eo intelligere Creten-
 sium rege, qui Minos secundus vulgo ap-
 pellatur, & Lycaoni filius eaque vixisse credi-
 tur aetate, qua Gideon cum judicis auctoritate
 Judaeorum rebus praefuit. Quaecunque enim
 antiquissimi Graecorum historici de Mi-
 nois prodidere expeditionibus, ea fere singu-
 la ad juniorem illum spectare censenda sunt:
 quod & monuisse video sagacissimum virum,
Ger. Job. Vossivm. n) Is nempe Minos
 maris dominatum exercuisse traditur, insu-
 las plurimas subjugasse, & quas ex iis inco-
 larum inopia laborare deprehenderat, novis
 colonis frequentasse. HERODOTVS: o)
 Πολυγενέτης ἐστὶ περὶ Θ., τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Ελλή-

V. 68

m) Voce Γάζα.

n) In *Theol. gent.* l. I. c. 14. p. m. 117.

o) Lib. III. c. 122.

νων, ὃς Θαλασσοφατέειν ἐπενοήθη, πάρεξ Μίνω^θ
 τε τῆς Κυνωσίας, καὶ εἰ δή τις ἄλλος πρότερος^θ τά-
 τα ἦρξε τῆς Θαλάσσης. Polycrates primus fuit
 Gracorum, quos novimus, qui in animum indu-
 xit, ut mari potiretur, prater Minoem Cnossium
 (Hic Minos secundus est, qui Cnossum, Cre-
 tæ urbem, sedem regiam habuit) aut si quis alius
 ante illum maris imperium obtinuit. Luculentius
 ΤΗΝ ΚΥΔΙΔΕΣ p): Μίνως παλαιότατος,
 ἀν αἰοῖς ἴσμεν, ναυτικὸν ἐκτήσατο, καὶ τῆς νῦν Ἑλ-
 ληνικῆς θαλάσσης ἐπὶ πλεῖστον ἐκτάπησε, καὶ τῶν Κυ-
 ολάδων νήσων ἦρξε τε, καὶ δικιστὴς πρῶτος^θ τῶν
 πλείστων ἐγένετο, Κάρας ἐξελάσας, καὶ τὰς ἑαυτῆς
 παῖδας ἡγεμόνας ἐγκατασήσας τό τε ληστικὸν ὡς
 ἐπος παθήσει ἐκ τῆς Θαλάσσης ἐΦόσον ἥδυνατο, τὰς
 τὰς προσόδους μᾶλλον ἔνει πάντα. Minos, an-
 tiquissimus eorum, quos fama accepimus, classem
 habuit, Φ majorem ejus, quod nunc Græcum vocant,
 maris partem obtinuit: subjectisque imperio Cy-
 cladibus insulis, primus complures colonias, pulsis
 Caribus, deduxit, Φ filios suos iis præfecit. Præ-
 donibus item, ut credibile est, mare, quantum po-
 tuit, purgavit, ut redditus sibi proventusque tutio-
 res Φ ampliores redderet. ARISTOTELES: q)
 Τὴν τῆς Θαλάσσης ἀρχὴν κατέχει ο Μίνως, καὶ
 τὰς

B 4

p) L. I. de bello Penopolensi non longe a princ.

q) Polit. L. II. c. 10.

τὰς νήσους τὰς μὲν ἐκεινώσατο, τὰς δὲ ἄλλας. Imperium maris obtinuit Minos, ac insularum alias habitari fecit. STRABO: r) Ισόργηται Μίνως νομοθέτης γενέθαι σωθεῖος, θαλασσογενῆσας τε περιτος. Proditum est, Minoa leglatorem fuisse gravissimum, & primum maris imperium obtinuisse. DIODORVS SICULUS s): κτησαθαι τὸν Μίνω Φασι καὶ δύναμιν μεγάλην ναυτικὴν, καὶ τῶν τε νήσων τὰς πλεῖστας κατασχέψαθαι. Habiisse Minoem ferunt magnam vim navium, & insularum plurimas in potestatem redegisse. Sed satis forte de Minoe II. allatum est testimoniorum, ex quibus intelligi possit, quanta illius regis fuerit potentia, quantum item studium colonias Creticas disseminandi. Quod qui consideraverit, is adduci se facile patietur, ut si dem habeat Stephano, tradenti, Gazam quoque profectum esse Minoa, eamque, deductā istuc procul dubio colonia Cretenſi, ex suo nomine vocasse. Quam coloniam incolae, qui tunc erant orae Canaanis maritimæ, quibuscum societatem ea statim inierat, vix potuere aliter appellare, quam Cretas, Cretenſes, vel

r) Geogr. L. X. p. m. 476.

s) Bibl. Hist. L. V. c. 79. Vbi tamen observes velim, Diidorum non minus, quam Strabonem, Minoem secundum cum primo confudisse. Cujusmodi errorem in historia antiqua sèpius committunt scriptores Græci recentiores, cum viri duo pluresve unum idemque gesse nomen.

vel, pro lingua ipsorum indole, כרתים *Cretim*, cum solerent advenae ex locis, unde venerant, nuncupari. Neque mirum videri debet, Cretenses, Minois regis sui ductu & auspiciis, longinquam expeditionem in terram non satis forte cognitam suscipere ausos fuisse. Constat enim ex iis auctorum veterum locis, quæ I. M E V R S I V S in *Creta* sua studiose congesit, incredibile prorsus ejus gentis olim fuisse studium regiones novas occupandi, hasque urbibus non minus quam habitatoribus locupletandi. Vnde non contenta illa vicinis insulis, & quadam Asiae minoris parte, nominatim Jonia, Caria, Phrygia, Siciliam quoque adiit, ubi Minoa oppidum, & Galliam, ubi Viennam urbem condidit. Quin nec ulteriora Asiae inaccessa illi fuerunt. Auctor enim Stephanus est, duas a Cretensisibus ad montem Caucasum exstructas fuisse urbes, *Asterusiam* & *Tarrham*. De Asterusia haec ille : Αστερούσια ὄρος Κερτης πέρος νότου μέρος, ἀναθλέπον εἰς Θάλασσαν. Άφ' οὐκτὸν πόλις ἐπὶ τὸν Κάικαστον ἴνδιαι Αστερούσια κέληται, Κερτῶν ἀποικίας ἐκεῖσε ταλέσιης. *Asterusia mons Cretæ*, ad meridionalem partem mare spectans, unde Urbs Indica, ad Caucasum sita, *Asterusia* appellata est, Cretensem colonia illuc missa. Idem de Tarrha : ἦσι οὐκ ἄλλη πόλις Τάρρα παρὰ

τὸν Καύκασον, Κεντῶν ἄποικος. Est & alia urbs Tarrha ad Caucasum, Cretensium colonia. In tam remotas igitur terras cum penetraverint Cretenses, quidni iidem Palæstinæ quoque littus tentare aggressi sint?

§. VII.

Tertium factæ olim Cretensium in australem Philistææ partem migrationis indicium *Menois*, s. *Menois*, vicus præbet, in agro positus Gazen si, cuius *Eusebius* meminit in *Onomastico*, & ex eo *Hieronymus* in *Loci Hebr.* his verbis: *Medamana*, in tribu *Judæ*, cuius meminit *Ezias*, nunc est *Menois* oppidum, juxta civitatem *Gazam*. Hoc igitur oppidum, episcopatu seculo quinto insigne, dubitari vix potest, quin ab hominibus vel conditum fuerit, vel nomen certe acceperit, qui istius regis memoriam singulari veneratione prosequerentur, eandemque conservatam vellent. Hi autem quinam fuerint, præter Cretenses, istic terrarum viventes?

§. VIII.

Quarto, cum Gazæi ex omnibus Diis Jovem Cretensem præcipue venerati sint, numini bus autem patriis maxime delectari veteres consueverint, hinc quoque probabili quadam ratione colligas, Gazæ incolas Cretam insulam suam habuisse patriam. STEPHANVS
l.c.

I. c. Εἰςει καὶ τὸ τῆς Κενταίς Διὸς παῖς ἀυτοῖς εἴ-
ναι, ἐν καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλεν Μάργαν, ἐξηνευό-
μενον Κενταργενῆ. Τὰς παῖδες γὰρ ὅτῳ Κεντες
προσταγούσευσι Μάργην. *Vnde C apud eos, Ga-
zæos, fanum esse ajunt Jovis Cretensis, quem C
nostra ætate Marnam appellabant, id est e Creta
genitum. Virgines enim Cretes Marnan vocitant
HIERONYMVS t): Marnas Gazæ luget inclu-
sus, C eversionem templi jugiter pertimescit. I-
dem alibi u): Serapium Alexandriae, C Marnæ
templum Gazæ in ecclesiæ Domini surrexerunt.
MARCVS DIACONVS x): Erant in urbe
(Gaza) simulacrorum publica tempora octo, nempe
Solis C Veneris, Apollinis C Proserpinæ, C He-
cates, C Herion, seu sacerdotum (forte Hecatœ
Junonis) C fortunæ civitatis, quod vocabant
Τυχεῖον, C MARNION, quod dicebant esse CRE-
TIGENÆ JOVIS, QVOD EXISTIMABANT
ESSE GLORIOSIVS OMNIBVS TEMPLIS,
QVÆ SVNT VBIQUE. Porro in nummis
quoque Gazæis, in honorem Titi & Hadria-
ni cufis, Marnæ nomen reperitur. Est in his
ille præsertim Titi memorabilis, in quo
Marnas ΖΕΤΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ appellatur. y)
Vnum*

t) Epistola VII. ad Lætam.

u) In Comment. ad Es. c. XVII.

x) In Vita S. Porphyrii, episcopi Gazensis cap. IX. vid.
*Acta Sanc*t*. T. V. pag. 655, conf. Reclandi Palestinam
p. 739.*

y) V. Spanhemium de usu C præst. num. p. 669

Vtrum vero Marnæ nomen Jovem significet
e Creta genitum, quod virginis illud apud
Cretas esset vocabulum, ut vult Stephanus,
an vero proprium illud fuerit famuli cuius-
dam, quo Asterius Cretensum rex usus est,
quod tradit Epiphanius, an denique idem sit
ac Chaldaicum Syriacumque נָשָׁרְמָן, homi-
num notans dominum, quemadmodum Jo.
SELDENVS & Sam. BOCHARTVS ingenio-
se conjiciunt, brevitatis causa, nunc non dis-
quirimus.

§. IX.

Quinto denique præsidium sententiæ no-
stræ aliquod ex eo etiam exsistit, quod uti
Cretenses, iisque soli antiquissimis temporibus
inter gentes paulo cultiores, ita Philistæi, sub
quo nomine Crethæos nunc etiam compre-
hendo, in sagittandi arte excelluerunt. Ex
quo hoc saltem probabile efficitur, genti uni
commercium aliquod intercessisse cum altera,
cum fine hoc contingere facile non soleat,
ut duæ gentes, regionibus disjunctissimæ,
eodem tempore artem exerceant minime vul-
garem, populis plerisque reliquis ignotam, &
ad quam ingenio aliquo ususque opus est.
Jam si porro memineris, solos olim ex Palæsti-
næ habitatoribus Philistæos, (quod deinceps
manifestum faciemus) quemadmodum in Eu-
ropa universa Cretenses, sagittandi discipli-
nam

nam calluisse, hanc autem, ut infra docebimus, in Creta calamos sagittarios optimos gigante, inventam primum fuisse plurimumque exercitam, vel hinc proclive erit suspicari, Philistæos illam e Creta insula accepisse, imo ipsos secum inde attulisse, & e Cretenibus fuisse progenitos. Poteſt, fateor, hæc argumentandi ratio, licet eam ultra probabilitatem minime extendamus, infirmior multis videri, evadet autem, si argumenta superiora ei jungas, firmior.

§. X.

Est vero illud, quod de propria Philistæorum & Cretenium sagittandi peritia affirmavimus, scriptorum veterum testimoniis nunc confirmandum declarandumque. Ac Philistæos quidem arcus tractandi insigniter peritos fuisse, ex i. Sam. XXXI, 3. intelligitur, ubi Saulem regem a sagittariis Philistæis, eum persequentibus, magnopere sibi metuisse legimus. Neque enim emphasi ibi carent verba Hebraica: וְמִצָּחֹר הַמְוּרִים אֲנָשִׁים בְּקַשְׁתָּה
 ¶ *Invenerunt eum, inciderunt in eum, sagittarii Philistæorum, viri in arcu: in quibus,* nisi forte cum Kimchio ante בְּקַשְׁתָּה repetere velis מְרוּרִים, subaudiendum est יְדוּעָם חֲכָמִים, נְבוּנוּת, vel similis vox, *peritos sonans.* Qualem ellipsis & Jonathanein, interpretem Chaldaeum, hic agnovisse appetet, quando

אֲנָשִׁים

אֲנָשִׁים גְּבִרִין בְּקַשְׁתָּה רְאוּמָנִין לְמַנְגָּד
viri, qui artifices erant ad trahendum arcum, in jaculando. Idem quoque ex illo colligas Davidis mandato, quo statim post acceptam a Philistæis cladem illam, quam I. c. narrat historicus facer, Judæos arcu uti edoceri jussit. Hoc enim uti juberet Davides, nulla re alia adductus videtur, quam quod Philistæorum sagittarios magnum ad victoriam momentum attulisse cognoverat. Ut igitur par bello in posterum esse Philistæis posset Judæorum gens, voluit Davides, ut arcuum usum ea addisceret. Quod ut obtineretur, opus sine dubio fuit magistris non nullis ex Philistæorum populo, postquam hic subactus a Davide esset, & Judæis conciliatus. Nam inter Israelitas vix quisquam tunc extiterit, qui quomodo illo armorum genere utendnm recte esset, ostendere possit aliis. Ea enim antea in illa gente fuerat rei militaris conditio, ut ne simplicissima quidem arma, & maxime vulgaria, ob defectum artificum, suppeterent. Saulis certe tempore Israelitis, in bellum profecturis, ne hasta quidem aut gladius ad manus erant, praeterquam soli regi ejusque filio Jonathani, cum nulli inter eos essent fabri ferrarii, adeo, ut si quis vomerem, ligonem, securim palamque suam vellet acui, Philistæi adeundi essent

z) Mul-

z). Multo minus arcuum & sagittarum ullus inter ipsos usus erat, aut fabricandorum notitia. Jonathanem quidem sagittasse aliquando legimus a); sed habuit ille procul dubio arcum & sagittas ex Philistæorum, præliis aliquot superatorum, spoliis. Postremo si quid in remotioris antiquitatis negocio paraphrastæ Chaldæi valere potest auctoritas, illum quoque excitare licet, ad probandum, Crethæos jaculatores fuisse strenuos. Solet enim ille nomen נֶגֶשׁ per נְגָשֵׁה i. e. jaculatores convertere.

§. XI.

Pari modo Cretæ insulæ incolas laude sagittandi propria jam inde ab antiquissimis temporibus floruisse, neminem dubitare sinunt diserta plurium scriptorum testimonia, ex quibus aliqua h. l. afferre non pigebit. Tradit JVLIANVS. b) Imperator, τοξότας καὶ τὰ καὶ φόρεσα τῶν ὅπλων sagittarios ceterosque levioris armaturæ milites in India, CRETA ¶ Caria primum fuisse repertos, τῇ Φύσῃ τῆς χώρας ἀκολούθων τῶν ἐπιτηδευμάτων, quod regionis naturam rerum studia ipsa consequantur. Ad quem locum hæc annotavit Dion. PETAVI-

VS 3

z) V. I. Sam. XIII, 9. seqq. conf. Jud. V, 8.

a) 1. Sam. XX, 21. 36. 2. Sam. I, 22.

b) Orat. VII. p. 205. edit. Spanheim.

vs: Arundines, e quibus sagittæ siebant, in Creta & in India præsertim optimæ proveniunt. Plinius l. XVI. c. 36. c) Theophrastus l. IV. Hist. Plant. c. 12. genus quoddam arundinis τοξικὸν appellat, idem Κερτικὸν nominari dicit. Ac perhibent nonnulli apud DIODORVM Siculum d), ipsos Curetas, gentem Cretæ post Daetylos Idaeos antiquissimam, jaculandi artem & venandi rationem primos ostendisse, gladios præterea & cassides invenisse. Alii vero apud eundem e) Apollinem narrant, cum arcum invenisset, jaculandi scientiam Cretæ incolas edocuisse, quam ab causam sagittandi maxime studium apud Cretenses vigeat. Quicquid vero hujus rei sit, liquet sane, artem jactulatoriam, remotissimo jam tum ævo, cognitam Cretensibus fuisse & diligenter exercitam. Et tuiti quidem illam sunt, tanquam arcum aliquod, cum gentibus vicinis minime communicandum. Hinc, PAV-
SANTIAS f): Τοστον μὲν παρέστη μοι θαῦμα ἐς τὴν εἰπόνα τῆς Διηγεφᾶς, ὅτι δισοῖς ἐβέβλητο, Ελ-
ληπτιν ὅτι, μή Κοητὸν, σὺν ἐπιχώριον ὃν τοξεύειν.
Quæ sic convertit Romulus Amasæus: Illud
certe

c) Verba Plinii hæc sunt: *Quum genus sagittario ca-*
lamo, ut diximus, sed Cretico longissimis inter-
nodis, obsequentiique quo libeat flecti calefacto.

d) Biblio. hist. Lib. V. cap. 65

e) l. c. cap. 74.

f) In Atticis c. 23

eerte non possum non plurimum mirari, Diitrepis statuam sagittis confixam: quum satis constet, eo tempore solis ex omnibus Græcis Cretensibus gentilium telum sagittas fuisse. Ut autem illam disciplinam perpetuo inter se conservarent Cretenses, Minos rex, idemque legislator celebris, lege cavit singulari, qua jussi fuere Cretes ἐν πάιδας αὐτεῖν καὶ τοξικῆς καὶ ἐνοπλίως οἰχήσει ut ab ineunte pueritia sagittarum jaculatione & armata saltatione sese exercent. g) Quam legem quanto cum studio servaverint Cretenses, ex eo judicari potest, quod præstantissimi omni fere memoria inter eos reperti fuerunt sagittandi artifices, nihilque sagittariis Cretensibus celebrius olim in bellis extitit, aut utilius. AELIANVS: h) ὁ Κεντές εἰσι τοξεύειν ἀγαθοί. Cretenses sagittarii sunt optimi. Nec poterat PINDARVS i) aptius Cretensibus tribuere epitheton, quam cum τοξόφορος sagittiferos vel sagittarios eos appellaret. Athenienses sagittarios Cretenses quanti fecerint, ex eo appareat, quod monumentum illis in urbe sua posuerunt, teste PAVSANIA.

Pars H.

C

k) Me-

g) Conf. hic omnino Silium Italicum de bello Pun. I. II.
p. 90. sqq.

h) Var. Hist. I. I. c. 10.

i) Pythion. Oda V. v. 54.

k). Meminit VIRGILIVS I) Alconis cuius-dam, qui, observante SERVIO, sagittarius fu-it Cretensis: cuius cum filium draco iuvasisset, tanta arte direxit sagittam, ut ea currens in ser-pentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Ea de causa populi olim varii, bellum geren-tes, sagittarios Cretenses mercede condux-e-runt. Plena sunt exemplis historicorum, Plu-tarchi, Pausaniæ, Arriani, Livii aliorumque monumenta. Ipse etiam Cæsar in bello Gal-lico Cretibus sagittariis usus fuit, nec minus, bello Alexandrino conflato, sagittarios e Creta evocavit. m) Patet igitur, Cretas æque ac Phi-listæos arcui tractando operam dedisse insig-nem. Et cum ea Cretes fuerint invidia, ut peritiæ, quam in illo genere consecuti fue-rant, alios participes esse nollent, vix concipi poterit, quomodo ad Philistæos ea vene-rit, nisi hos, saltem ex parte, Cretensum, statuas coloniam. Quare sic tandem existi-mandum videtur, Cretenses regis Minois du-ctu expeditione in oram Palæstinae illam, ubi Gaza erat, Gideonis tempore suscepta, se-dem ibi fixisse, cum Philistæis, qui illum tra-ctum tunc possidebant, societatem inivisse,

&

l) In Atticis c. 29.

l) Ecloga V. v. II.

m) V. Cæsarem I. II. de bello Gall. c. 7. & Aulum Hir-tium de bello Alex. c. I.

& in gentem tandem unam coaluisse, adeo, ut horum etiam nomen assūmserint, licet interdum, ut a Philistæis proprie sic dictis discernerentur, patrio etiam Cretensum (Crethim) fuerunt appellati. Temporis ratio cum historia sacra optime congruit. In hac enim prima Crethæorum in expositione rerum Sauli, primi post judices Israelitarum regis, injicitur mentio. Vnde probabile fit, eos non longe ante illius ætatem in Palæstina extitisse.

§. XII.

Fallor ego, aut vestigia quædam factæ quondam Cretensum in Palæstinam migrationis in paradoxa illa latent T A C I T I N) narratione, qua *Judæi, Creta insula profugi, novissima Lybiæ insedisse* memorantur. Cui traditioni, utut primo intuitu a vero videatur alienissima, veri tamen aliquid subesse minime dubito. Rem ita concipio: Existimarunt Romani, Palæstinam ab una tantum Judæorum gente inhabitari. Testem aduco DIONEM CASSIVM, o) qui ταῦτα μὲν τοτε, inquit, ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐγένετο. Στω γὰρ τὸ σύμ-

C 2

παν

n) *Hist. lib. V. c. 2.*

o) *Hist. Rom. I. XXXVII. p. 41.*

παν ἔθνος, ὃσον ἀπὸ τῆς Φοινίκης μέχει τῆς Αἰγύπτῳ παὶς ἡ τὴν Θάλασσαν τὴν ἕσω παρίκει, ὑπὲπαλαιῶν κέκληται. Ἐχόσι δὲ καὶ ἔτερον ὄνομα ἐπικτητον. ἢτε γὰρ χώρα ἴσδαια, καὶ αὐτοὶ ἴσδαιοι, ὄνομάζεται· οὐ δὲ ἐπίκλητος ἡ αὕτη ἐκείνοις μὲν τῷ οἴδι, ὅθεν ἥξατο γενέθαι. Φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλης ἀνθρώπους, ὃσοι τὰ νέμιμα αὐτῶν, καίπερ ἀλλοεθνεῖς ὄντες, ζηλεῦσι. Illa quidem tunc in Palæstina gerebantur. Ita enim antiquitus tota illa gens vocabatur, quæ a Phœnico usque ad Aegyptum juxta mare internum extensa est. Habent & aliud nomen adscititium: regio enim ipsa Iudea, populi Judæi nuncupantur. Hoc cognomen, unde originem acceperit, ignoro. Certe etiam illi, qui ex ea gente non sunt, modo secundum leges eorum vivant, Judæi dicuntur. Fac igitur Romanos, itinere per mare in Palæstinam facto, in portu Gazæ Majuma appulisse, & vel ibi, vel in ipsa Gazæorum urbe, quæ non longe aberat, originem incolarum sciscitatos audivisse, quod e Creta olim advenissent, quis dubitet, quin contingere ipsis facile potuerit, ut quæ de origine Cretica accolaram maris acceperant, ea Palæstinis quoque mediterraneis, h. e. Judæis, imprudenter aptarent, ac ad suos deinde reversi cum his quoque eundem errorem communicarent. Vnde creditum tandem fuit Italis nonnullis, Judæorum gen-

gentem, e Creta insula olim profugam, novissima Libyæ, h. e. regionem in Africæ fere sitam finibus, Aegypto quippe vicinam, infedisce.

§. XIII.

Postremo silentio prætereunda non est illorum sententia, qui κεντρας, in novi fœderis tabulis commemoratos, p) eosdem esse existimant, qui in V. T. Crethim dicantur. Primus hoc, quod equidem sciam, opinatus fuit *Ludov. de Diev.*, quem secutus deinceps est *Petrus Kevchenivs.* q) Horum igitur si vera est opinio, per κεντρας eos recte intelligas, qui e Gazæ urbis incolis ritum Judaicum suscepserant. De proselytis enim agi contextus docet.

§. XIV.

Ordo nunc nos vocat ad *PLETHÆOS*, qui Crethæis jungi solent. r) Hos *CLERICVS* s) ortos credit nominatosque a *Pletho* quodam, tribus Judæ homine, de quo 1. Par. II, 33. mea vero opinione iidem non minus, quam Crethæi, gentis Philistææ pars fuerunt. Argumentum peto ex 2. Sam. XV, 18. ubi Ple-

C 3

thæi

p) Aæt. II. v. II.

q) In *annot. in N. T.* ad l. c.

r) Vid. 2. Sam. IIX, 18. XV, 18. XX, 7. 1. Reg. I, 38.

s) In *Comment. ad 2. Sam.* VIII, 18.

thæi inter Crethæos & Githæos, h. e. cives urbis Gath, loco ponuntur medio. Vtrique autem Philistæi cum fuerint, sicuti supra evicimus, non videntur scriptores sacri Plethæos iis quasi conclusuri fuisse, nisi & illi ad eundem populum pertinuerint.

§. XV.

Porro qui in libris historicis dicuntur פָּלָתִי Plethæi, ii Ezechieli & Zephaniæ prophetis, locis § 3. allegatis, פְּלִשְׁתִּים Philistæi audiunt. Quemadmodum enim in libris Samuelis & Regum Crethæi & Plethæi, ita hic Crethæi & Philistæi conjunguntur, ut colligi inde possit, פָּלָתִי & פְּלִשְׁתִּים unum esse idemque. Pertinent vero hoc quam maxime quæ §. 3. sumus commentati.

§. XVI.

Firmat denique sententiam nostram ipsum quoque Plethæorum nomen, פָּלָתִי, quippe simillimum. Quod si enim ex פְּלִשְׁתִּים, vel hujus singulari, פָּלָתִי, tollas litteram שׁ, habebis ipsum Plethi, exigente ita punctuationis ratione, ut pro i brevi, facta elisione וְ וְ ponatur e longum. Neque sane insolens hoc Hebræis est, ut eam litteram ex vocibus nonnullis extrudant. Quomodo v. c. וְ וְ שֵׁלֶת possum pro : Exempla

pla alia apud HILLERVM t) reperies. Posset etiam hoc dici, פְּלָתִי esse quasi *Plithi* per נָגֵמִינָם, mutato Chaldaeorum more וּ in נָ: sicuti pro Hebr. שׁוֹר Schor Chaldaeis est *tor*, pro שְׁשָׁסֶחֶת *scesch*, נַשְׁׁשָׁת *schet*. Supicor autem ego, scriptores sacros, quando Philistaeorum nomen isto modo interdum extulerunt, eam rationem, quam in nomine suo pronunciando gens illa ipsa servaret, secutos fuisse. Vt ebantur nempe Philistaei dialecto alia ac Judæi, quemadmodum ex Neh. XIII, 23, ubi lingua Asdodica a Judaica distinguitur, perspicuum est. Nec displicere mihi tateor illam BOCHARTI opinionem, qua Philistaeorum sermonem aliquid ex Aegyptia & Hebraica lingua habuisse vir doctus statuit, ut ita utrique fuerit affinis, ac forte tantum ab Hebraico diversus, quantum hunc inter & Chaldaicum distat. Jam fieri experientia docet, ut idem nomen proprium in diversis linguis diversimode pronuncietur. Vocaverint igitur Philistæi, Hebrais vulgo פְּלָשִׁתִים *Plischtim* dicti, semet ipsos פְּלָתִים *Plethim*, Plethæos, fuerintque Hebrai sonum illum quan-
doque imitati.

§. XVII.

Quod si jam quæ loca Plethæi infederint, indicandum quoque sit, assignandas iis esse

C 4

ex-

t) in *Onomast. sacro* p. 422.

existimem tres hasce urbes, *Ascalonem*, *Azotum* & *Akkaronem*. Nam ad *Gittham* quidem quod attinet, licet hanc quoque a Philistæis habitatam fuisse minime diffitear, imo supra etiam diserte affirmaverim, videtur tamen ea, Davidis saltem tempore, rempublicam habuisse peculiarem, eamque a Crethæorum & Plethæorum rebus publicis diversam, prouti sæpius contingit, res publicas in eadem gente esse plures. Certe enim 2. Sam. XV, 18. Gitthæi a Crethæis & Plethæis & 1. Sam. XXIX, 2. rex Gitthæorum Achisch, penes quem Davides, a Saulo fugiens, annum integrum & menses quatuor delituit, a Philistæorum principibus manifesto distinguitur u). Pars nempe Philistæorum maxima rempublicam illa ætate habuit aristocraticam; Gitthæi vero regi paruerunt. Quod si igitur Crethæi Gazenses, Plethæi autem Philistæi fuere reliqui, præter Gitthæ incolas, quod utrumque probabile, ut opinor, effecimus, recte hinc concludas, Plethæos urbes ditionis Philistææ reliquas, nominatim *Ascalonem*, *Azotum* & *Accaronem* incoluisse. Ut ita, quando Crethæi, Plethæi & Gitthæi nominantur, gens Philistæorum dicatur universa.

§. XIIIX.

Reliquum nunc est, ut quales functiones Cre-

u) V. 1. Sam. XXVII, 7.

Crethæ & Plethæ apud Davidem & Salomonem reges obierint, explicemus. Hic autem si multis ostendere institueremus, satellitum sive custodum corporis officio functiones illos fuisse, actum sane ageremus, cum pridem hoc argumentis satis firmis demonstratum sit ab aliis, ex quibus Henr. OPTIMUS & Joh. CLERICUM y) nominasse sufficiat. Inter veteres idem sensit JOSEPHVS z), qui *Baraciam*, inquit, τῷ Ιάδοι τὴν τῶν σωματοφυλάκων αὐχὴν παρατίθεσθαι Benajam, Jojada filium, satellitio suo, scilicet corporis sui custodibus, præposuit Davides. Is autem 2. Sam. IIIX, 18. *Cretheis & Plethais præfuisse* dicitur. Haud immerito igitur credas, Crethæos illos Plethæosque, quorum ministerio David & Salomon usi sunt, juvenes fuisse, ex singulis propemodum Philistæorum urbibus delectos, quibus reges illi corporis sui custodiam ideo potissimum commiserint, quod eximii essent sagittandi artifices, adeoque eminus arcere eos possent, quos perniciem regis personæ intendere noffent, vel suphicarentur.

C 5

§. XIX.

x) Extat hujus dissertatio singularis de *Davidis & Salomonis satellitio Crethi & Plethi*. Jenæ primum publicata a. 1672. ac deinde fasciculo dissertationum hisp. crit. philol. quem edi curavit Th. Crenius. Roterod. 1691. inserta.

y) in *Comment. ad 2. Sam. Vlll, 18.*

z) *Ant. Jud. VII, c. 6. & II.*

§. XIX.

Johanni quidem CLERICO istud Crethæorum officium argumenti loco est, quo confutare illos conatur, qui Crethæos Philistæos censeant, Ait enim i. c. Non videtur David hostis acerrimus & domitor Philistæorum, legisque observantissimus, ex incircunciso populo satellites sibi electurus fuisse, ne si dicantur quidem proselyti facti, cum tutum non esset & contumeliosum etiam Hebreis, & præsertim regis tribulibus, corporis regii custodiam alienigenis committere. Quibus quidem Clerici dubiis solvendis superfondere possemus, quandoquicunque Crethæos supra Philistæorum genti, argumentis, ut opinor, minime aspernandis vindicavimus, & contra id, quod historia verum esse docet, nulla valent ratiocinia. Ne quid tamen scrupulorum reliquum fecisse videamur, quod obesse sententiæ nostræ possit, singulos illos, quos injectit vir doctus, eximere tentabimus. Vrgetur autem ab illo primo loco Davidis erga Philistæos inimicitia odiumque, quod ipsi permisurum non fuisse videtur, ut satellites ex illo populo Davides sibi eligeret. Sed odium quidem illud eo tempore, quo satellitio illo uti rex coepit, nullum esse poterat, cum pacem tunc cum Philistæis coleret, dudum quippe a se devictis, a) subactis, atque ita fra-

a) V. 2. Sam. II X, I.

fractis, ut nocere facile haud possent. Sor-
lent nempe homines odium adversus eos de-
ponere, a quibus, ob defectum virium, ni-
hil causæ est, cur damnum metuant. Ac
nostra etiam ætate illud sæpen numero vide-
mus fieri, ut principes ex populo, cum quo
in gratiam redierunt, milites legant, imo fa-
tellites. Deinde nec religio obstare poterat,
præsertim si ritum Judaicum ab hominibus
iustis suscepimus suis largiaris. Nam profe-
tyi fere in omnibus paris censabantur con-
ditionis cum Israëlitis nativitate talibus. Fac
vero illos patrium ritum servasse, non fuit Da-
vides tam scrupulosus, quin homines, aliis
sacris addicatos, sibi servire pateretur, qui i-
pse Achiso regi Philistæo, cum omni manu
sua, satis diu operam præstare utilissimam non
dubitavit. b) Sed plena res periculi fuisset?
Hoc enim tertium est, quod sollicitum habet
Clericum, nec immerito. Verum explorata
illorum fides Davidi esse potuit, multisque
experimentis comprobata, antequam corpus
suum illis concederet. Forte & lautum sti-
pendium magis magisque eam confirmavit.
Præterea vero Benayah, vir Judæus, cum du-
cis auctoritate Crethæis & Plethæis præfuit,
qui omnem procul dubio adhibuit curam cau-
tionemque, ne quid illi adversus regem moli-
ren-

b) Vid. *I. Sam.* XXVII, XXIX.

rentur. Adfuit etiam Joabus cum toto exercitu, cuius ope compesci facile potuissent satellites, si novis illos rebus studere, & saluti regis insidiari compertum fuisse. Et, si Philistæis diffisus tantopere est Davides, cur passus est, sexcentos ipsum Gitthæos comitari c) tunc, cum, per nefandam Absalomim impietatem, res ejus in summum adductæ essent discrimen? Gitthæos autem istos origine Philistæos fuisse, nemo cum ratione dubitaverit. Ducem eos habuisse Itthaem quendam v. 20. & 22. l. c. haud obscure innuitur. Hunc vero נָכְרִי alienigenam &, qui cum ipso advenierant, fratres ejus appellat David, quod idem est, ac si & ipsos alienigenas dixisset, i. e. ἀλλοφύλας, Philistæos. Quæ tandem contumelia in Hebræos regisque tribules redundare inde potuerit, quod corporis regii custodia alienigenis commissa esset, equidem haud perspicio. Estne hoc Gallorum & Lusitanorum gentibus contumeliosum, quod eorum reges militem alunt prætorianum ex Helvetia & Germania? Tam nobile censeri non solet satellitum officium aut stipendium, ut si alienigenæ illo fungantur fruanturque, ignominiam hoc afferat in eadem terra genitis.

OB-

c) 2. Sam, XV, 18.

OBSERVATIO III.
DE
CAMPO ELYSIO, IN MESSE-
NIA SITO.

§. I.

SI, ubinam locorum campus fuerit Elysius, multorum laudibus celebratus, ex veterum monumentis cognoscere studeas, incredibilis fententiarum de situ ejus varietas, ita te perplexum reddet, ut, quod nonnullis etiam contigit, in mentem facile tibi veniat cogitare, eum campum nusquam alibi, quam in veterum extitisse cerebro. STRABONEM, geographorum sui temporis facile principem, si consulas, ille te ad extremam ducet Hispaniam. Ait enim a) : τῶν δὲ ἐσπερίων αὐδεῶν καὶ τὴν ἐνδαιμονίαν ἐμφανίζει καὶ τὴν ἐυημέναν τὰ περιέχοντος, πεπυσμένος, ὡς ἔσκε, τὸν Ιβηρικὸν πλάγιον (sic legendum esse, non πλᾶν, recte contendit If. Casaubonus) ἐφ ὃν καὶ Ἡρακλῆς ἐσείτεισε, καὶ οἱ Φόινικες ὑσερον, ὅιστες καὶ πατέρες τὴν πλείσην σύρχον. μετὰ ταῦτα δὲ Ρωμαῖοι. ἐνταῦθα γὰρ αἱ τὰς ζεφύρους πνοαί. Ενταῦθα δὲ τὸ Ηλύσιον ποιεῖ πεδίον ὁ ποιητης, εἰς ὃ πεμφθήσεται τὸν Μενέλαον Φησιν ὑπὸ τῶν Θεῶν. Eorum, qui

occis-

a) Geograph. I.I. p. 2. &c 3. edit. Paris.

occidentem incolunt, felicitatem etiam bonaque aeris temperiem demonstravit Homerus: quia, ut appareat, inaudierat de Hispanicis divitiis, propter quas ὁ Hercules expeditionem eo fecit, ὁ postea temporis Phœnices, qui ὁ maritimam partem imperio suo subjecerunt, ac tandem Romani. Ibi enim spirat Faeronius: atque eo poeta collocat Elysium campum, in quem a Diis missum iri Menelauum fingit. Idem alibi b): οἱ τούννυ ποιητὴς τὰς τοτάυτας σχατίας ἐπὶ τὰ ἔχατα τῆς Ἰβηρίας ισο-εηνῶς, πυνθανόμενος δὲ καὶ πλεῖτον, καὶ τὰς ἀλ-λας αἰγετὰς (οἱ γὰρ Φόινικες ἐδήλων τῷτο) ἐνταῦθα τὸν τῶν ἐυστέβῶν ἐπλατεῖ χῶρον, καὶ τὸ ἡλύτιον πε-δίον, ἢ Φοντω ὁ Πεντεύς ἀποικίσεω τὸν Μενέλαιον. Et post allegatos nonnullos Homeri versus, a nobis quoque deinceps afferendos, subjecit: Tό τε γὰρ ἐνάερον καὶ τὸ ἐνπνευ τῷ ζεφύρῳ τάυτης ἐστι τῆς χώρας οἰκεῖον, ἐσπερίς τε καὶ ἀλεεινῆς δύσης, τό τε ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς, ἵψ' δις καὶ ἄδην με-μοθεῦθαι Φαρέν. Proinde Homerus, cum sciret, hujusmodi expeditiones (Aeneæ, Antenoris, He- netorum, Diomedis, Menelai, Vlyssis) ultima Hispaniæ (ubi provincia erat Bætica) attigisse, ὁ eorum locorum opulentiam atque alia bona, Phœnicibus indicantibus, cognovisset, ibi piorum sedes ὁ campum Elysium finxit, ubi Proteus Menelaum incul-

b) L. III. p. 150.

inculturum ait. Etenim propria est hujus regionis bona aeris constitutio, ac Favonii bonus flatus, cum sit occidua illa terra. Tepida. Insuper illa ad fines terræ, ubi inferos fingi diximus. Alii in insulis, quas nunc vocamus, Canariis eundem campum collocarunt: quod PLUTARCHVS c) nos docet hac narratione, digna sane, quæ integra apponatur: ἐνδόντος τε τῷ πνέυματος, Φερόμενος νήσοις τισιν ἐναυλίζεται σποράσιν, ἀνύδρους. κακοῦθεν ἄεας καὶ διεκβαλῶν τὸν Γαδειραῖον πορθμὸν, ἐν δεξιᾷ τοῖς ἐντὸς ἐπιβάλλει Ηῆς Ιβηρίας, μηδὲν ὑπὲρ τῶν τῷ Βάσιος ἐκβολῶν, ὃς ἔις τὴν Ατλαντικὴν ἐνΦερόμενος Θάλατταν, ὄνομα τῇ περὶ αὐτὸν Ιβηρίᾳ παρέχεν. ἐνταῦθα ναῦται τινὲς ἐντυγχάνοντιν αὐτῷ νέον ἐν τῶν Ατλαντικῶν νήσων αναπτεπλευκότες, αἱ δύο μὲν ἐισὶ, λεπτῷ παντάπατῃ πορθμῷ διαιρέμεναι, μερίους δὲ ἀπέχονται λιβύης σαδίους, καὶ ὄνομάζονται Μακάριον. ὅμβροις δὲ χεώμεναι μετρίοις σπανίως, τὰ δὲ πλεῖστα πνεύματι μαλακοῖς καὶ δροσοβόλοις, γε μόνον ἀργῶν καὶ Φυτέουειν παρέχοντιν ἀγαθὸν καὶ πίστα χώραν, ἀλλὰ καὶ παρπὸν αὐτοφυῆ Φέρεσσιν ἀποχρέωντα πλήθει καὶ γλυκύτητι βόσκειν, ἀνεύ πόνων καὶ πραγματέας φολάζοντα δῆμον. ἀλλ' δὲ

ἄλυ-

c) In Serrorio p. 571.

ἀλυπος, ὡρῶν τε κράσει καὶ μεταβολῆς μετρόπη
κατέχει τὰς νήσους. Οἱ μὲν γὰρ ἐνθένδε τῆς γῆς
ἀποπνέοντες ἔξω βορέαι καὶ αἰπηλιῶται, διὰ μῆκος
ἐκτείνοντες εἰς τόπον ἀχανῆ διασπέιζονται καὶ προ-
απολείπονται. πελάγοι δὲ περιέρρεοντες σύγεται καὶ
ζεφυροι, βληχεὸς μὲν οὐετός καὶ σποράδας ἐν θα-
λάττης ἐπάγοντες, τὰ δὲ πολλὰ νοτερᾶς αἰθέλαις
ἐπιψύχοντες ήταν τούτοις. ὡς τε μέχει τῶν Βαρ-
βάρων δῆμοι πίτιν ιχνεῖν, αὐτόθι τὸ Ηλύσιον
ἴναι πεδίον, καὶ τὴν τῶν ἐυδαιμόνων ὄικησιν, ἣν Ὁ-
μηρος ὑμνησεν. ταῦθ' ὁ Σεζώριος ἀκόστας ἔφωτα
θαυματὸν ἔχεν ὄικησαι τὰς νήσους, καὶ ζῆν ἐν ήσυ-
χίᾳ, τυραννίδος ἀπαλλαγεὶς καὶ πολέμων ἀπάν-
των. *Vbi ceciderunt venti, delatus (Sertorius)*
in insulas quasdam est. Ex quibus solvens, trans-
missioque freto Gaditano, dextrorsum flectens ad
eam Hispania oram, quæ exposita oceano est, ap-
plicat, paulo supra ostia Baetis, qui in oceanum At-
lanticum se exonerans, circumjeictæ Hispaniæ no-
men dedit. Hic nautæ quidam convenient eum,
modo ex insulis Atlantidis advegeti. Sunt hæ duæ,
per angustum divulsæ freto, & distant ab Africa duo-
decies centena millia passuum: fortunatae appell-
lantur. Imbres habent moderatos, sed raros, ple-
rumque molles ventos & rorantes. Vnde solum
bonum est, & uber, non sementi modo & plantis,
sed & sua sponte profundit fructum, qui copia &
sua-

Suavitatem populum alere otiosum abunde citra laborem hominum & fatigationem valeat. Cœlum ambit has insulas temporum moderatione & vicisitudinis mediocritate lene. Nam qui ex hac plaga illud perflant Boreæ & Subsolani, propter tantum intervalli in locum delati vastum dissipantur, & antequam eo perforantur, vim suam amittunt. Qui circumfunduntur marini, Cauri atque Zephyri, lentes pluvias ex pelago & raras afferentes, siccipius autem humentibus serenitatibus refrigerantes, alunt leniter. Vnde fides usque ad barbaros perlata firma est, campos Elysios eo loco & beatorum sedes, quas decantavit Homerus, esse. Quibus intellectis mirifico desiderio Sertorius captus est, illas insulas incolendi atque in quiete vivendi, dominatu & bellis omnibus explicatus. Rursus alii Lesbo, maris Aegei prope Asiam minorem insulæ, & quæ vicinæ huic sunt vindicarunt; alii circa Aegyptum; d) alii denique, relictis terris, vel in aëre (ex quorum sententia LVCIANVS e) in itinere suo aereo visum sibi campum fingit) vel in luna quæsiverunt, uti apud PLUTARCHVM f) videre est.

D

§. II.

d) V. Diod. Sic, *Biblioth. hist.* l. v. c. 83, & Hesychium, voce Ηλυστον.

e) Verar. *histor.* l. II. p. m. 489.

f) De facie in ore luna T. Opp. II. p. 944.

S. II.

g) In *Geographia sacra* p. m. 189, 664.

h) In *Atlant.*, p. I, p. 196, sqq.

i) *Commensar.* in l. I. Strab. p. 3.

⁴) Dans l'explication historique des fables T.I. p.249.

cunque de campo illo fuere tradita merum
censuere poetarum figmentum.

§. III.

Tanta igitur opinionum diversitate etsi res
mirifice implicata , iterque ad campum Elysi-
um admodum redditum fuerit salebrosum ;
non desperandum tamen videtur, quin futu-
rum sit, ut eo tandem perveniamus , si modo,
posthabitatis tantisper ceteris, eum nobis eliga-
mus viæ ducem , quo nullus est, qui meliori
loci notitia possit esse instructus. Homerum
designo, qui primus omnium, quos novimus,
campum Elysium laudavit , & ex quo , tan-
quam fonte aliquo, omnis antiquorum de loco
isto ameno promanavit narratio. Ad hunc
igitur oculus unice intendendus est. Quem-
admodum enim si quis horti Eden , sive pa-
radisi, situm investigare instituat, is male in-
stituto suo consuleret , si scriptores Judaicos
recentiores, v. c. Philonem & Josephum , po-
tius sequeretur, quam Mosen ; ita & in præ-
fenti quæstione excutienda minus recte age-
retur, si quis non tam Homerum in consilium
adhiberet, quam alios, qui tempore longe in-
feriori , quo multis jam fabulis contaminata
præsca veritas erat, scripserunt. Age igitur
ipsum audiamus Homerum , & quo nos du-
cant verba ejus, videamus. Ita vero ille, sub-

D 2

per-

1) Odyss. IV. v. 561.

persona Protei, numinis marini, ad Menelaum verba facientis, loquitur 1) :

Σοὶ δὲ οὐ θέσθατόν εἶτι, διότε φερεῖς ὡς Μενέλαος,

Αργεῖ εὖ ἵπποβότῳ θανέειν καὶ ποτυμὸν ἐπισπεῖν.

Αλλὰ σ' ἐσ Ηλύσιον πεδίον, καὶ πέιρατα γάιος

Αθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι Ξανθὸς Ραδάμανθυς,

Τῆπερ ρήτικὴ Βιοτὴ πέλει αὐθεώποισιν.

Οὐ νιφετός, εἰτ' ἄρε τε χειμῶν πολὺς, εἴτε ποτὲ

ὅμβρες

ΑΛΛΑ ἀιεὶ ζεφύζοι λιγυπνέοντας ἀντας

Ωκεανος ἀνίστων, αὐαψύχειν αὐθεώπες,

Οὐνειν ἔχεις Ελένην, καὶ σφιν γαμβρὸς διός ἐσσι.

Tibi autem non a fato decretum est, nobilis Menelae!

In Argo equos pascente mortem οὐ fatum subire.

Sed te ad Elysium campum οὐ fines terræ

Immortales mittent, ubi flavus Rhadamanthus

est,

Vbi utique facilissima vivendi ratio est hominibus,

Non nix, neque hiems longa, neque unquam

imber,

Sed semper Zephyri suaviter spirantes auras

Oceanus emittit, ad refrigerandum homines,

Quod habes Helenam οὐ ipsius Jovis gener es.

§. IV.

Quando jam loco hoc, tanquam statua uti
placet Mercuriali, quæ viam nobis monstrat
ad

ad campum Elysium, omnium primum illud animadverti potest, non vita functos, sed in vivis etiamnum agentes, ex mente Homeri, ibi degere. Clarum hoc ex verbis: *Non decretum tibi a fato est in Argo mortem subire, sed mittent te immortales ad campum Elysium*, quorum haec sententia est: Non tu modo ante obitum tuum in Argos redibis, sed & campum videbis Elysium, h.e. ut postea appareret, regni Laconici interiora. Aberrarunt igitur inferioris ætatis scriptores ab Homeri mente, quando in eodem campo non nisi beatas defunctorum animas versari prodiderunt. Deinde si ipsam illam Protei orationem, simul cum scopo ejus, paulo attentius consideres, prodent se certa quædam campi Elysii *χαρήσια*, ex quibus, ubinam terrarum situs fuerit, possit judicari. Ea autem haec sunt:

I. *Terra campo Elyso nobilitata, Menelai fuit patria.*

II. *Fuit eadem campestris, vel campum certe unum habuit nobiliorem.*

III. *Sita fuit in terræ finibus, respectu habito ad Argos.*

IV. *Rhadamanthum habuit.*

V. *Suavem & jucundam mortalibus praebuit vivendi rationem.*

D 3

VI.

VII. *Optima in illa fuit aeris temperies, Zephyri in primis suaviter spirantes.*

Hæc igitur *negligere* si omnia & singula in regionem aliquam quadrare deprehendantur, dubitari vix poterit, quin campus Elysius in ea extiterit, quadrare vero in Messeniam, signillatim nunc ostendere studebimus.

§. V.

Primam, quam posuimus, notam, vide-
licet : Terra, campo Elyso nobilitata, Men-
elai fuit patria, orationis subministrat scopus,
five consilium Protei. De quo ut consta-
re possit, repetenda ex superioribus Me-
nelai est historia, prouti quidem ipse eam
narrat Telemacho Vlyssis, & Pisistrato Ne-
storis filio, m) qui Spartæ apud eum invise-
rant. Menelaus, Spartanorum & Messenio-
rum rex, Helenæ, propter quam a Paride
raptam, bellum Trojanum conflatum fuit,
maritus, cum, Troja expugnata, domum re-
verti statuisset, tempestatum vi prohibitus &
in longos conjectus fuit errores. His annum
jam octavum (intra quod spatium Cyprum,
Phoenicen, Aethiopas, Sidonios, Erembos &
Lybiam adierat) jactatus, ad insulam Pharum
contra Aegyptum sitam, tandem defertur at-
pue ibi per viginti dies detinetur. Hic eum,
de

de reditu in patriam sollicitum, Dearum aliqua, Edothea, Protei marini senis filia, respexit, & rogata a Menelao, ut quisnam immortalium reditum in patriam impeditat, ipsi aperiret, suasit ei, ut Proteum, Deum marinum veridicum, ex insidiis prehendere studearet. Hunc enim quid de reditu sperandum sit, & viam simul indicaturum. Cui consilio cum obtemperasset Menelaus, successu quidem felici, didicit ex Proteo, non ante ipsum in patriam rediturum, quam hecatombas Diis immortalibus immolasset; hoc autem facto datus Deos viam, quam desideraret. Simul necem fratris resciscit, & quo loco nunc detineatur Vlysses, quo familiariter usus fuerat. Ac de hoc quidem addit Proteus :

Ο δ' ἐ δύναται ήν πατερίδα γαῖαν οὐέδαι
Οὐ γάρ οἱ πάγα νῆες ἐπήρετμοι, καὶ ἔταιροι
Οἱ μέν μν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.
Σοὶ δ' ἐ Θεοφατόν ἐστι η. τ. λ.

*Ille non potest suam patriam terram adire;
Non enim ei adjunt naves remigio instructæ, Ο
socii,*

*Qui ipsum reducere possent per lata dorsa maris.
Tibi autem non a fato decretum est cet.
Quæ oppositio, simul cum iis quæ præcedunt, satis superque arguit, id Proteo fuisse*

consilii, ut Menelaum, enixo patriæ revisendæ desiderio flagrantem, ad eam spem erigeret, fore, ut mox istuc salvus reducatur. Quando igitur eum in campum ductum iri prædictit Elysium, hunc sane in solo Menelai patrio extitisse oportet. Parum quippe regi afflictissimo, & itinerum errorumque suorum dudum pertæso, atque id unice in votis habenti, ut regno tandem suo restitueretur, parum, inquam, allatus fuisse solatii, si ei extrellum vel occidentem vel septentrionem, vel aliam quamcunque terram, a patria longius distantem, adeundam adhuc esse prænunciasset. Et quis dubitet, Homerum Proteo, quem *veridicūm* ipse appellat, præditionem tribuisse talem, quam eventus veram comprobaverit? Ut ita vel ex eventu mens Protei possit judicari. Ille autem qualis fuerit, ipse indicat Menelaus, his versibus m):

Αψ δ' εἰς Αἴγυπτοι διόπετέος ποταμοῖο
Στῆσα νέας, καὶ ἔρεξε τελέσσας Εὐατόμβας.
Αὐτὰς ἐπει κατέπαυσα Θεῶν χόλον ἀτὲν ἔοντων,
Χεῦ Αγαμέμνονι τύμβον, ἢν ἀσθεσον κλέος ἔη.
Ταῦτα τελευτήσας νεόμνην. ἔδοσαν δέ μοι δέρον
Αθάνατος τοι μὲν οὐ φίλην εἰς πατερίδ' ἔπειψαν.

Rur-

m) *Odyss.* I. c. v. 581.

Rursus ad Aegypti a Jove cadentem fluvium,
Constitui naves, & perfeci legitimas Hecatombas,
Fudi Agamemnoni tumulum, ut immensa gloria
esset.

Hæc ut perfeci, redii; dederunt autem mihi ven-
tum secundum

Dii, qui me celeriter charam ad patriam miserunt.

Nec reversus tantum in patriam est Menelaus, sed & diem ibi suum obiit sepultusque fuit. n) Sed quæ tandem illa est regio, in qua imperium regium exercuit Menelaus? Laconica est & Messenia. De Laconica explorata res est, cum passim Homerus Spartam celebret, urbem Laconicæ principem, ut sedem Menelai regiam. o) Nec de Messenia dubitari potest, utpote quæ, testante STRA-
BONE p) ἐπὶ μὲν τῶν Τρωιῶν ὑπὸ Μενελαῖον ἐτέ-
ταυτο, μέρος δύσα τῆς Λακωνίης Trojani belli tem-
pore Menelao paruit, cum esset pars Laconicæ.
Vtraque regio, quemadmodum inter omnes geographiæ antiquæ peritos constat, Pelopon-
nesi australia implevit. Ac Laconicæ qui-
dem, in solem orientem spectantis, caput Spar-
ta fuit, s. Lacedæmon, urbs longe clarissima:
fuere & oppida complura alia; v. c. Amyclæ

D 5

Tana-

n) Vid. Pausanias in Laonicis c. 19.

o) Vid. in primis Odyss. IV. v. i. sqq.

p) Geograph. l. II. p. 358.

Tenarum, Amathus, Helos, Gythium, Epidaurus aliaque Straboni, Ptolemæo & Pausaniae recensita. In Messenia claræ fuerunt *Messena*, urbs munitissima, quæ tamen Homeri tempore nondum extitit, quippe ab Epaminonda demum condita, qui Messenios exules in illam revocavit, eique Messenæ nomen, quod gentis antea fuerat, imposuit, q) *Methone*, hodie *Modon*, & *Pylus* antiqua urbs, ad montem sita Aegaleum, juxta mare, ubi navium stationem habebant Messenii. r) Ad Messeniam *Triphylia* quoque antiquitus pertinuit: quæ regio Eleæ pars postmodum facta est, Messeniamque ab austro sibi objacentem habuit. s) Nomen *Triphyliæ* datum ἀπὸ τῆς συμβεβηκότος, ἀπὸ γῆς τελα Φύλα συνεληλυθεῖσαι, τὸ τε τῶν ἀπὸ ἀρχῆς Ἐπειῶν, καὶ τὸ τῶν ἐποιησάντων ὕστερον Μινυῶν, καὶ τὸ τῶν ὕστατα ἐπιφεραπέσαντων Ἡλείων, ab eventu, quod in unum corpus tria Φύλα i.e. tres gentes coiverint, nimirum qui ab initio fuerant Epei, Minyæ, qui eodem commigraverant, & qui postremo prævaluerunt Elei. t) Loca *Triphyliæ* memorabilia *Samicum* oppidum maritimum, *Pylus*, discriminis causa *Lepreaticus*

&

q) V. Cellarii *notis orbis antiqui* T. I. p. 390.

r) V. Strabonem l. II X. p. 359.

s) V. eundem l.c. p. 336.

t) Idem p. 337.

& *Triphyliacus* cognominatus. Nam tres omnino in Peloponneso Pyli erant, unde versus factus hic :

Εἳς Πύλος πρὸς Πύλοιο, Πύλος γέ μεν εἶς καὶ
ἄλλος

*Est Pylus ante Pylum, tamen usque alias Pylus
extat.*

Vnus nempe in Elide cava, inter Penei & Selleentis fluminum ostia, alter in Messenia, paulo ante a nobis commemoratus, tertius *Triphyliacus*, in Arcadiæ finibus (unde & *Arcadicus* appellatus interdum fuit) & ad fluvium situs *Alpheum*, qui in Arcadia, regione Peloponnesi mediterranea, ortus, & per Pisatidem, Eleæ magnæ partem, Olympia oppido claram, *Triphyliamque lapsus*, in mare se effundit Jonium. Hic ille *Pylus* est, quem in *Odyssaea* sua, cum ἡμαθόεντος cognomine, toties commemorat Homerus, patriamque prædicat Nestoris. Tametsi enim veterum aliqui, cum quibus & *PAVSANIAS* u)^{x)} facit, illum Homeri *Pylum Messenicum* censuerint; Strabo tamen l. c. τὰς Ὀμηρικῶν, h. e. *Homero addictiores*, eumque pressius securtos, *Pylum* testatur intellexisse eum, cuius agros *Alpheus* fluvius permeet, i. e. *Triphyliacum*. Neque enim Messeniam *Alpheus* attingit. Horum sententiam, ut vero simili-

main

x) In *Messen.* c. 36.

mam, ipse etiam amplectitur Strabo, x) qui tamen circa cognomenti, ἡμαθόεις, rationem dubius hæret, nec satis exploratum sibi esse fatetur, utrum illud ab *Amatho* ducentum sit fluvio, qui *Pylum*, qua in septentriones spe-
tet, alluat, an ex solo arenoso (*ἄμαθος* enim arenam sonat *sabulumque*); tandem vero eō in-
clinat, quod epitheton illud ex arenae desum-
tum videatur copia. Concludit enim: τὸ πε-
δίον ἔνγεων ἐσὶ τῷτο, τῇ Θαλάσσῃ δὲ συνάψαν πα-
ρετένεις παρέ τε τὸ μεταξὺ τῷ τε Σαρμῖν καὶ πο-
ταμὸς Νέδας διάσημα. Θινάδης δὲ καὶ σενός ἐσιν
οἱ τῆς Θαλάσσης ἀγγιαλὸς, ὡς τὸ ἐπὶ ἀπογύνοι
τις, ἐντεῦθεν ἡμαθόεντα ὀνομάζει τὸν Πύλον.
Campus (Pylius) solum habet fertile, ὃ qua ma-
re attingit, quod est inter Samicum ὃ Nedam
intervalli explet.. Littus utem maritimum sabulo-
sum est ὃ strictum, ut ab eo Pylum nominatam
esse Emathuenta, i. e. arenosam, non injuria quis
*opinari posse videatur. Porro in Triphylia *Lepreus**
*quoque erat sive *Lepreum*, quæ Pylo, de*
qua modo differimus, Lepreatici nomen de-
*dit; ac denique *Helos*, cuius HOMERVS hoc*
versu meminit y):

καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἐλος, καὶ Δώρεον ἐνθά τε

M80as

Et

x) p. 344, 350.

y) II. II., v. 594.

Et Ptelion & Helos & Dorion, ubi Musæ &c.

PLINIVS z) locum Helos vocat, quod arguit, dirutum fuisse ætate Plinii. STRABO a): Ἑλος οἱ μὲν περὶ τὸν Αλφεῖον χώραν τὰ φασὶν, οἱ δὲ καὶ πόλιν, ὡς τὴν Δακωνικήν. Helos quidam dicunt locum esse circa Alpheum: alii urbem, ut Helos Laconicæ. Atque hæc de Messenia hac occasione idcirco prolixius commentari placuit, quia usum nobis in progressu aliquem præstabunt. Id igitur satis spero demonstravimus, criterium terræ, quæ campum Elysium habuit, primum Laconicæ & Messeniæ optime convenire. Quod sufficere nobis tantisper potest, donec, utri regioni magis conveniat, appareat.

§. VI.

Succedat criterium alterum, quod hujus fecimus argumenti: Regionem Elyso campo insignem campæfrem fuisse oportet, vel campum certe unum habuisse nobiliorem. Id ex ipso clarum est πεδιοτ nomine, quo planities significari solet facunda, sive, ut cum VIRGILIO b) loquar, loci lati, amena vireta nemorum, & la-

ta

z) Hist. nat. l. IV. c. 5.

a) L. IX. p. 350. cf. Cellarium T. I. p. 1191.

b) Aen. VI. v. 638, 744. ubi sermo poetæ est de Campo Elyso.

ta arva. Ac tales sane locos in Menelai ditione haudquaquam frustra quæsiveris. Laudat sane illam eo nomine ipse Telemachus, Menelaum sic alloquens c):

Σὺ γὰρ ΠΕΔΙΟΙΟ ἀνάστεις
Ἐνέέσ, ὃ εἴη μὲν λωτὸς πολὺς ἐν δὲ κύπερῳ,
Πυξόι τε ζειάτε, ἥδ' ἐνευφεῖς καὶ λευκόν.

Tu enim CAMPO imperas

*Lato, in quo quidem lotus frequens, in quo
ciperus,*

*Triticum, speltæ, atque late germinans hor-
deum album.*

Quibus verbis Telemachum ad Messeniam potius quam ad Laconicam respexit ex eo palam fit, quod hæc neque campos habuit latos, neque solum adeo fertile, ut Messenia. Testem habeo Strabonem, qui utriusque regionis naturam hunc in modum descripsit d):
Περὶ δὲ τῆς Φύτεως τῶν τόπων, καὶ τάτων καὶ τῶν Μεσσηνιακῶν, ταῦτα μὲν ἀποδεκτέου λέγοντος Εὐ-
επίδος. Τὴν γὰρ Λακωνικὴν Φησὶν ἔχειν πολλὴν
μὲν ἄριστον, ἐκπονεῖν δὲ & ῥαδίον, Κοίλη γης ὅρεστη
περιδεσμός, τραχεῖα τε δυσέισθολος τε πολεμίοις.
Τὴν δὲ Μεσσηνιακὴν καλλίκαρπον.

κα-

c) *Odyss. IV. v. 602.*

d) L. II. p. 366.

κατάρρυπτόν τε μυρίοισιν ἄγμασι

(Casaubonus legi vult νάμασι.)

Καὶ βροτὶ καὶ πομέσιν ἐνθυσιωτάτην.

Καὶ ὑποβὰς τὸν πάλον Φῆσιν, ἐν οἱ Ἡρακλεῖδαι περὶ^{τῆς} χώρας ἐποίησαντο. Τὸν μὲν πρότερον γενέθλιον
Γάιος Δακαΐνης πύριον Φάντος χθονὸς,

τὸν δὲ δευτέρου Μεσσήνης,

Αἰστὴν ἐχθρὸς μεῖζον, ἡ λόγῳ Φεδίσται.

Οἰαν καὶ ὁ Τυρταῖος Φεάξει.

*De natura locorum cum Laconicæ, tum Messeniæ,
Euripidi credi par est. Is ait Laconicæ soli mul-
tum esse ad arandum, sed difficile elaboratu: esse
enim regionem cavam, montibus cinctam & aditu in
bellis difficultem, Messeniacam contra bona frugis
feracem.*

Irriguam multis rivorum (ex emendat.
Casaub.) millibus,
Et ad boves oviumque greges pascendos
maxime idoneam.

*Ac paulo inferius de sorte loquens, qua usi sunt
in ditionis divisione Heraclidæ, priorem ait exi-
uisse.*

Terræ Lacænæ dominum, non boni soli,
posteriorem de Messena,

Æquare verbis cuius bonitatem haud
queas.

Qualem etiam Tyrtaeus affirmat.

Illi

Isti jam Euripidis, quos Strabo nobis servavit
versus, quamvis haud obscure simul indicent,
Messeniam regionem fuisse campestrem, juva-
bit tamen illud ipsum aliis etiam, iisque lu-
culentioribus testimoniis confirmare. Sic in
Triphylia, quæ, ut supra docuimus, Messe-
niæ pars erat Trojani belli tempore, *campum*
STRABO e) laudat *Samicum* cum luco Neptu-
nio. τὸ δὲ, inquit, Ποσείδιον ἄλσος ἐσὶν, ὡς
ἔισται πρὸς τὴν Θαλάττην. τέτω δὲ καὶ φὴ μῆψις
ἐπιπρόθει τὸ Σαμικόν. οὗτος γὰρ νῦν καλεῖται ὅπερ
ἡ Σάμος ἦν, ὥστε ἐκ Θαλάττης μὴ ἔραθαι. Ενταῦ-
θα δὲ πεδίον ἐσὶ Σαμικὸν ἐνομάζουσον. Posideum
porro, i. e. *Neptunium*, lucus ad mare est, cui
Samicum occurrit, montis vertex celsus, ut qui-
dem hodie vocatur, ubi Samus fuit, ita ut e ma-
ri cerni non potuerit, ibidemque campus est *Sami-
cus*. Idem geographus f) juxta Asinen, op-
pidum Messeniæ maritimum, regionem cele-
brat βαθυλείμην pratis herbosam. De *Campo Pylio*
eum supra iam tum p. 60. audivimus. Porro
PAVSANIAS g) campum in Messenia memorat
Stenyclericum, ex heroe quodam Stenyclero
nominatum. Omnia vero maxime comme-
morandus hoc loco est CAMPVS MESSENIVS cum
MACARIA finitima. Vtriusque STRABO h) me-
minit,

e) pag. 347.

f) pag. 360.

g) In *Messen*, c. 33.

h) p. 360.

minit, cum Pamisi amnis cursum describit: πλησίον δὲ Κορώνης, κατὰ μέσον πας τὸν κόλπον ὁ Πάμισος ποταμὸς ἐκβάλλει, τάυτην μὲν ἐν δεξιᾷ ἔχων καὶ τὰς ἑιζῆς, ὃν ἔισιν ἔχοται πρὸς δύσιν καὶ Πύλος καὶ Κυπαρισσία. Μέση δὲ τάτων Ἐρανα, (ἣν δὴ ἐτίνες Αρήνην ἔνας νεομένασι πρότερον) θερίαν δὲ καὶ Φηράς ἐν αὐτερᾶ. Μέγισος δὲ ἐστὶ ποταμῶν τῶν ἐντὸς ιδιαῖς, καίπερ δὲ πλεῖς η ἐκατὸν σαδίς εἰ τῶν πηγῶν ρυεῖς τῷ ὥδατι δαψιλῆς διὰ τῆς ΜΕΣΣΗΝΙΑΚΟΥ ΠΕΔΙΟΥ, καὶ τῆς ΜΑΚΑΡΙΑΣ καλφύρης. Άφετη τε τῆς νῦν Μεσσηνίων πόλεως ὁ ποταμὸς σαδίς διακοσίος καὶ πεντήκοντα. *Prope Coronam (urbs hæc erat in littore Messeniæ australi) ad medium ferme sinus ostia sunt Pamisi amnis, ad dextram habentis Coronam οἱ quæ deinceps versum occasum sunt urbes, quarum ultima Pylus οἱ Cyparissia, media Erana, quam nonnulli prius fuisse Arenam non reēte sunt opinati: Thuriam οἱ Pheras ad sinistram. Hic fluviorum qui intra isthmum sunt maximus est, quamquam a fontibus non ultra centum stadia profluat aquæ copiosus per PLANICIE MESSENIACAM, οἱ quæ MACARIA dicitur: abest ab homi dierna Messena stadiis CCL. Insignis profecto locus, qui, si criteria etiam reliqua Messeniæ convenient, quod spero me ostensurum, facile in eam me adducet opinionem, planitatem,*

Pars II.

E

quam

quam Strabo vocat, *Messeniacam & Macariam ipsum esse campum Elysium.* Quare operæ fortassis facturus videbor pretium, si ejus planicie, tractusque Macariæ nomine appellati, situm paulo accuratius designem. Cognosci quidem is magnam partem potest ex modo allatis Strabonis verbis; plenius tamen innotescet si PAVSANIAM quoque in subsidium advocaverimus. Is igitur i) Pamisum fluvium (cujus maxima fuit apud Messenios veneratio, adeo, ut Sybotas Dotadæ filius anniversaria ei sacra fieri juss erit: non alia forte de causa, quam quod fontes ejus infantum mederentur morbis k) qua e Thuria (oppidum hoc erat in Messeniac mediterraneis, supra sinum Messenicum) ad Arcadiam iter est fontes suos habere tradit. Jam Arcadia Messeniac ad aquilonem, sinus vero, in quem influit Pamisus ad austrum cum sit, patet hinc, Pamisum fluvium septentrionem inter & austrum aquas suas volvisse, Messeniamque medianam fecuisse. Consequens proinde est, campum Messenium (sic dictum, ut opinor, quod bonam Messeniac partem impleret), per quem & Macariam idem flumen procurrisse Strabo nos modo docuit, simul cum Macaria, in Messeniac fuisse meditullio.

§.7.Cri-

i) In *Messen.* c. 31. p. 356.

k) idem l. c. c. 3. p. 287.

§. VII.

Criterium tertium: *Regio campo Elyso decora-
ta sita fuit in terræ finibus, respectu habito ad
Argos, ex verbis desumsimus hisce: Tibi non
a fato decretum est in Argo equos pascente mortem
subire; Sed te ad Elysium campum & fines terræ
immortales mittent.* Ubi primum illud animad-
vertendum est, *campum Elysium & fines terræ
posuisse poetam, per ἐν δια δύον, pro campo
in finibus terræ sito.* Deinde difficile perspectu
non est, eum situm campo assignare vatem
ratione Argus habita; hanc enim manifesto
illi opponit. Ut vero mentem ejus penitus
cognoscamus, duo cumprimis expendenda no-
bis erunt: primum quæ regio Argos nomine
poetæ designetur, deinde quid ei sint *fines ter-
ræ.* Vtius nominis Argos apud Homerum mul-
tiplex, STRABONI l) etiam observatus. Mo-
do enim Græciam poeta illo denotat univer-
sam, ut cum Græcos omnes Argivos vocat, mo-
do Thessaliam, modo Poloponnesum omnem,
modo certas hujus regiones, ut Argolidem,
l. Argeiam, quæ inter septentrionem spectat
& solem orientem, modo Laconicam. Hoc
loco ad quam regionem respexerit Homerus,
ex eo judicari potest, quod de scopo oratio-
nis Protei supra observavimus. Volebat is
spem patriæ revisendæ certam Menelaō face-

E 2

re.

l) Lib. VIII. p. 396. Cf. Mensium in Laconicis l. l. c. 7.

re. Quando igitur eum ad Argos ait redditum, (quamvis diem ibi suum obiturus non sit) quis est, qui non intelligat, Argos vocabulum in isto sermone de Laconica debere accipi? Huic nimis, sicuti ante jam ostendimus, & Messeniae, non Argolidi, aut Thesfaliæ, multo minus Peloponneso aut Græciae universæ, Menelaus imperabat. Atque idem illud Protei consilium movet me, ut credam, per πειρατα γάιν neutram ab Homero totius orbis terrarum, significari terminum, illa fortassis ætate prorsus incognitum, si vel maxime eam veteribus tribus opinionem, quod ultra Hispaniam nihil terrarum reliquum sit, sed ultima Peloponnesi, Laconicæ opposita, h. e. Messeniam. Fallitur, si quis sibi persuadet, hanc phrasēos illius expositionem, qua γάιν, non de toto interpretamur terrarum orbe, sed de parte tantum hujus exigua, scriptorum antiquorum, & ipsius etiam Homeri usu destitui. Excitemus eorum aliquos, initio a sacris facto. Quid enim vetat ex his quoque exempla strictioris illius significatus petere, cum pridem ostenderint viri docti, & in his ZACHARIAS præsertim BOGANVS m), dictionem illorum Homericæ per esse similem. Itaque Hebr. זָר, חָרֵךְ, Græcorum γῆ, γάια, γάιη respon-

m) Libro, quem Homerum Hebraizantem inscripsit, ediditique Oxon. 1655. 8.

respondens, inter omnes litterarum Hebraicarum non expertes constat, solam saepe numero designare Canaanem s. Palaestinam.

Sic in illo n): יְהוָה רֹבֵב בָּאָרֶץ וַיַּרְא אֶבְרָהָם

מצורימה לגור שם כי נבר הרוב הארץ

Cum famae in terra esset, proficisciatur Abraham in Agyptum, ut ibi commoraretur, quandoquidem famae in terra erat gravis, bis terra pro Canaane ponitur. Haec enim sententia est: Cum fame Canaanis regio premeretur gravi, secessit Abrahamus in Agyptum, terram frugum feracissimam, & annona ut plurimum abundantem. Pariter Jeremias o) cum הארץ שדרה נשמה כל הארץ vastata, inquit, & desolata est tota terra, de sola loquitur Palaestina. Neque vero haec tantum, sed regiones etiam aliae nude interdum terra vocantur. Ita v. c. Esaias Babyloniae πανδεσμένων denuncians, p) appropinquat, ait, dies domini, ira vehementis plenus לשׂום הארץ לשׂמָה quo terram ille faciet desolatam, & peccatores ex ea extirpabit. Quid? quod idem divinus vates Babyloniam mox q) תִּבְלָה vocat, cuius vocis latione etiam esse solet significandi potestas, ita, ut orbem denotet terrarum. Subjicit enim וְפָקָדוּ עַל תִּבְלָה visitabo super orbem malitiam

n) Gen. XII. 10.

o) Cap. IV. 20. XII. II.

p) c. XIII. 9. q) vi. II.

am, q. e. pœnas improbitatis exigam ab orbe Babylonico, s. regni Babylonici incolis. Eadem ratione ii etiam non raro loquuntur, qui novum fœdus in tabulas retulerunt. Nam his quoque *in ḡn*, *η ὁμεμάνη*, *ο πόσμος*, passim Palaestina est, orbis mundusque Judaicus, s. Judaea. Sic Jacobi apostoli dictum : r) *Οὐκ ἐβρεζεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτὸς τρεῖς καὶ μῆνας ἔξι* non pluit super terram per annos tres & menses sex, ad solam pertinere Palaestinam facile is agnoscat, qui meminerit, fuisse hoc a consilio Dei alienissimum, ut regiones remotiores aliae, v. c. Italia, Germania, Gallia, siccitate tunc affligerentur. Idem proinde sensus erit verborum : *ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν* Luc. IV, 25. ubi eadem commemoratur calamitas. Nec ampliori significatu accipi multi jubent illud evangelistae : s) *tenebrae ortæ sunt super totam terram*, *ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν*. Habebunt etiam quo sententiam suam tueantur ornentque, qui apud Lucam per t) per *τὴν ὁμεμένην*, cui dirae imminere dicuntur calamitates, non totum orbem habitatum, quaqua versum patet, sed solam intelligunt Judaeam. Suadet enim universæ orationis series, agi ibi de proximo reipublicae Judaicae interitu. Quin imo πᾶσαν

r) In epist. c. V, 17.

s) Matth. XXVII, 45^o.

t) Cap. XXI, 26.

στὸν τὴν ὀικεμένην, u) censui cum Christus nasceretur subiectam, solam esse Judaeorum regionem, luculenter jam docuerunt alii. (x) Aequo angusto sensu vox κόσμος, mundum sonans, a Paulo adhibetur, cum promissionem Abrahamo factam ait, y) τὸν κληρόνομον αὐτὸν ξίναι τῷ κόσμῳ, quod mundi futurus sit heres. Praeterire enim potest neminem, haud aliis terræ quam Canaanis promissam Abrahamo fuisse possessionem. Post divinos profani nunc etiam prodeant scriptores, & agmen ducat ipse Homerus, quem his versibus: z)

*Ἐπεὶ δὲ μοι γαῖαν τε τεῦν δῆμόν τε πόλιν τε
Dic mihi terram tuam, populumque urbemque
Τίς δῆμος τίς γαῖα, τίνες θεοὶ ἐκγεγάστι;
Quis populus, qua terra, qui homines te ge-
nuerunt?*

per γαῖαν certam quandam regionem indicare voluisse cuivis patet. Sic & EVRIPIDEM, SOPHOCLEM & PINDARVM, cum Delphorum urbem hujusque templum ὄμφαλον γαῖα, umbilicum dixerunt terræ, h. e. medio terrae loco positam, de sola id intelligi voluisse Graecia plane mihi persuadeo, quamvis inferio-

E 4

ris

u) Luc. II, 1.

x) V. Cel. Fabricii Codicem apocr. N. T. T. I. p. 103.

y) Rom. IV, 13.

z) Odyss. II X, v. 555. Hymno in Apoll. sub finem.

ris aetatis Graeci aliter interpretati sint. **EVRIPIDES** a):

ὅντως μέσον ὄμφαλον γὰς
Φόιβος κατέχει δόμος

*Vere medium umbilicum terræ
Phœbi continet templum.*

Idem b): Φοιβίος ἐνθα γὰς

μεσόμφαλος ἐτία

Phœbeia ubi terra,

Medio umbilico ades.

SOPHOCLES c) ad oraculum respiciens Delphicum:

Μέλεος μελέω ποδὶ χηρέων,
Τα μεσόμφαλα γὰς ἀπονοσφίζων
μαυτεῖα.

*Et miser misero pede solitarius vagatur,
Ex medio terræ prodita fugiens
oracula.*

Et **PINDARVS** templum Delphicum d)
ὄμφαλον ἐξιθέόμενον χθονος umbilicum vocat hor-
risonæ terræ. Scilicet medium circiter Graeciae
tene-

a) *Ione* v. 223.

b) *L. c.* v. 461.

c) *Oedipo Tyr.* v. 487.

d) *Pythion.* VI, v. 3.

tenebat locum urbs Delphorum cum templo suo famigeratissimo , non adeo multum distans ab Ætolorum finibus , quos LIVIVS e) umbilicum Græciae incolere dixit. Intelligi ex his potest, τὴν γῆν Graecis idem saepius fuisse, quod nos vernaculo sermone Land vocamus. Quemadmodum igitur nos , cum das ende des Landes dicimus , fines denotamus non totius terrarum orbis , sed certae tantum regionis ; ita Homerum quoque per περιεταὶ γάιης fines s. extremam partem significasse arbitror Peloponnesi , h. e. Laconiae respectu , occidentalia Messeniae. Nam si quis Peloponnesi susciperet peragrationem , ita ut ab orientali Laconiae littore iter ingressus occidentem versus recta pergeret, finem is itineris inventiebat in ora Messeniae occidentali , quam mare alluebat Jonium. Quae cum ita sint, videtur mihi Proteus in hunc loqui sensum : "Te Dii non ad Argos modo , five Laconiam ubi sedes regni tibi est Sparta reducent, "Menelae , sed nec mortem te finient illuc reversum statim oppetere : quin potius curabunt , ut ante fata tua Messeniam quoque , terram ditionis tuae exremam videas , locorumque quae in ea sunt amoenissimum , campi in primis Elysii , deliciis perfruaris.

§. IIX.

*Quartum characterem Rhadamanthus præbet, quem in campo Elysio diserte Homerus collocat, ubi, inquiens, *flavus Rhadamanthus est*. Ecquis vero ille, aut quid illud bonaë rei est? Fabularum artifices Rhadamanthum Jovis ex Asia filium & judicem facere inferorum, tralatitium est. Tradunt nempe eum, cum in imperio suo administrando strenuum se praestitisset iustitiae cultorem, non minus, quam Aeacus atque Minos ipsius fratres, dignum post mortem habitum a Jove fuisse, qui apud inferos, una cum fratribus, jus diceret. Ibi igitur quae demandatae ei partes sint, luculenter PLATO (f) ex poetarum mente exponit, quando Jovem introducit narrantem de se, quod filios suos judices animarum constituerit, duos quidem ex Asia, Minoem & Rhadamanthum, unum vero ex Europa, Æacum, qui judicium exerceant in prati cuiusdam trivio, ex quo geminae tendant viae, altera quidem ad tartarum, altera vero ad insulas beatorum. Et Asiaticos quidem Rhadamanthum, eos vero qui ex Europa venerint, Æacum esse judicaturum. Minoi autem id se dedidisse negotii, ut si quid aliis ambiguum visum fuerit, ipse dijudicaret. Et paulo inferius addit, Rhadamanthum quemcunque ma-*

f) In *Gorgia* s. de rhetorica sub finem.

malum compererit, eum dimittere ad tartarum ; quem vero pie atque integre vixisse, ut philosophis mos sit, deprehenderit, eum ad insulas ablegare beatorum. Haec eadem Æacum facere, utrumque vero ipsorum virgam tenere, dum judicet ; Minoa autem solum sedere, sceptrum tenentem aureum, quemadmodum de hoc apud Homerum Ulysses referat. Quibus Plato ad haec Homeris haud dubie collineavit : g)

Ενθήτοι Μίνωας ἴδον Διὸς ἀγλαὸν νίον,
Χρύσεον τηῆπτερον ἔχοντα Θεμιτέουντα νεκύεσσιν,
Ἵμενον. οἱ δέ μιν αὐτῷ δίκας ἔισοντο ἄνακτα,
Ἵμενοι ἐσάστες κατ' ἐνευπυλὲς ἄιδος δῶ.

*Ibi tum Minoa vidi, Jovis splendidum filium,
Aureum sceptrum gestantem, leges ferentem
mortuis,*

*Sedentem : alii vero circa ipsum causas dicebant
regem*

Sedentes, ac stantes per latam Plutonis domum.

Hæc ita narrant mythologi, quos tamen cave adeo despiciisse credas, ut taliter ea, qualiter referuntur, revera se habere sibi persuaserint. Involucra sunt, quibus res inter Græcos antiquissimos vere gestæ teguntur. Semper mihi fateor eorum se sententia approbavit, qui sub

g) *Odyss. XI. v. 567.*

sub Deorum heroumque historia vetustissimas civitatum populorumque Graeicæ res latere existimant. Quam sententiam, non sua tantum luce radiantem, sed & luculentis Strabonis h) & Eusebii testimoniis nixam, & nostra memoria à B A N I E R O , i) Gallo, quodammodo probatam, commendatam declaratamque, ornandam præ ceteris suscepit, & exemplis plurimis egregie illustravit venerandus academiæ nostræ senior, HERM. von der HARDT. Cujus institutum laudabile eruditorum haud postremos publice etiam calculo suo approbasse memini. Delectati nempe sunt prisci memoriarum inter Græcos conditores, in quibus primas Homerus tenet, illo scribendi genere, quo res a majoribus gestæ stilo non simplici & plano, sed multis coloribus artificiose ornato involutoque proponuntur: intelligentes quippe, eam rationem seculi sui genio maxime accommodam, & ad laudem ingenii acquirendam cumprimis esse comparatam. Præcipue id operam dabant, ut cum de urbe aliqua vel societate hominum, hujusque fœderibus, bellis, migrationibus, factis aliis fatisque verba facienda essent,

h) Diserte inter alia Strabo 1. I. p. 20. Οἱ περὶ τοις ἴσο-
εμοὶ ναὶ Φυσικοὶ μυθογέαθοι. Primi historici & physici fabulas scripserunt.

i) In *Eplication histor. des Fables* Amstelodami 1713.
8. 2. vol.

sent, non ipsum ejus exprimerent nomen, sed aliud fingerent alicujus vel Dei Deæque, vel herois: quod tamen ita plerumque conformabant, ut a vero urbis societatisque nomine non admodum esset dissonans, atque hoc exsculpi inde a sagacioribus facile posset, litteris nonnullis vel trajectis, vel immutatis, vel additis etiam aut resectis. Quæ igitur nomina Deorum esse videbantur, vel heroium, vel hominum singularium, ea revera gentium erant integrarumque societatum, urbium, oppidorumque. Qualem vera nomina inflectendi transformandique artem quis ignorat, hac nostra etiam ætate usurpatam a quibusdam fuisse rerum historicarum scriptoribus, qui veritatem peplo aliquo obnubere sua interesse putarunt. Exemplo præter alios esse potest BERN. de FONTENELLE, illud Galliæ suæ ornementum eximium, qui ante complures annos, epistola quadam ad BASNAGIVM scripta, litem inter Romanam & Reformatam, sive *Protestantium* quam vocant, ecclesiás acerrime de eo agitatam, utra ex ipsis veteri Hierosolymitanæ similis sit, sive doctrinam hujus & instituta teneat, atque adeo successionis jure frui debeat, ingeniose, quamvis suo damno, k)
hunc

k) Inclusus enim ejus rei causa in custodiā publicam (*la Bastille*), nec prius inde emissus fuit, quam palliōdiam cecinisset.

hunc in modum pinxit. Reginam nobis aliquam insulæ Borneo repræsentat, nomine **M L I S E O** (ex quo per litterarum metathesis fit **S O L I M E**, i. e. *ecclesia Hierosolymitana*, s. christiana primitiva) cui defunctæ **M R E O** (**R O M E**, *ecclesia Romana*) successerit. Hanc porro fingit optime initio imperasse, tempore vero procedente avaritia, crudelitate postulationisque superstitionis molestissimam se præbuisse subjectis. Extitisse tum **E E N E G V** quandam (**G E N E V E**, *ecclesiam Genevensem* s. reformatam) quæ veram se prædicaverit Mlisentis filiam, & cum forma huic esset simillima, ac præterea summam præ se ferret moderationem, civium bene multos, quibus intolerabile yisum esset Mreuntis jugum, in partes suas pertraxerit. Scilicet persuasum esse insulæ incolis, nonnisi eos genuinos esse liberos, in quibus parentum formam natura expresserit. Sie igitur bellum inter ambas partes exortum esse grave, quod maxima cum contentione etiamnum geratur cet 1). Simili prorsus ratione poetæ Græcorum veteres, res v. c. *Pisæ*, Eleæ majoris in Peloponneso urbis, ex cuius ruinis Olympia deinceps succrevit, cantaturi *Jovem* (*Ζεύς*, *Ζαύς*) *Olympium*; *Delphorum*, urbis in Phocide clarissimæ, olim *Pytho*

1) V. Cel. Pfaffii *Origines juris ecclesiastici*. p. 420. edit. Germ.
ubi ipsa illa Fontenelli epistola exhibetur.

tho appellatae, historiam commemoraturi, *Apollinem Pythium*; *Athenarum laudes recitaturi*, *Minervam* (*Αθηνην*); *Heracleensum*, civitatis in Pisatide, fortitudinem & facinora præclara celebraturi, *Herculem* (*Ηεραλέα*) in scenam produxerunt. Atque sic cum fabulis Deorum heroumque reliquis comparatum est. Carpent & improbent hanc fabulas veterum interpretandi rationem morosi quidam homines, qui non considerata rerum, de quibus agitur, indole ac natura, nihil prorsus admittendum censem, nisi quod ob oculos demonstari potest, & manibus quasi palpari; mihi illa eo usque probabitur, saltem ut verosimilior ceteris, quæ excogitatæ adhuc a viris doctis sunt, donec divinator aliquis felicior modum nobis ostendat meliorem ænigmata ista solvendi. Valeant interdum necesse est conjecturæ, cum in disciplinis omnibus, ne mathematicas quidem excipio, res occurrant infinitæ, in quibus explicandis optime is versatus putari debet, qui optime conjecterit. Post cere illud sibi iū cumprimis summo jure possunt, qui reconditam scrutantur antiquitatem, ac poposcere etiam summi quidam viri, cum facile pviderent, plurima se in illo genere sine divinationibus assequi haud posse. Tolle has ex BOCHARTI *Geographia sacra*, & CERICI in *Theogoniam Hesiodi commentario* (*HVENTIVM* non adjungam, qui omnium iudicio

ni-

nimiæ audaciæ crimine condemnandus est) & maximam propemodum eorum, quæ scripta ibi sunt, partem auferes. Sed quo me abripit ista consideratio? cui id agendum nunc est, ut Rhadamanthum ex latebris suis, & vel ex orco in dias luminis auras protraham. Regent eum poetæ alii ad loca subterranea, & ad mortuorum sedes, per Homeri certe verba illa, in quibus explanandis nunc occupamur, aura idem fruitur ac inter vivos versatur. Incolere enim locum dicitur, quo ante mortem suam ducendus a Diis immortalibus Menelaus sit. Itaque Homerum Rhadamanthi nomine illam signasse opinor Triphylliae, regionis ad Messeniam olim pertinentis, urbem, quam idem *ἀπαθέντα*, vel metri causa *ημαθόντα* cognominare assolet, h. e. *Pylum Triphyliacum*; de qua urbe minime opus est ea nunc repetere, quæ §. V. differuimus, quando Messeniæ civitates indicavimus. Illud autem cognomentum, *ἀπαθέσις*, quam facile transformari potuerit in *ραθάμανθυς*, facile intelliget, cui ignotum non fuerit, frequentissimum Græcorum poetis usum esse adjectionis syllabicae *ρα*, nec raro item in vocibus Græcis fieri, ut soni asperioris emolliendi causa datur. Aucta igitur isto modo voce *ἀπαθέσις*, habebimus *ραθαμαθέσις*, quod proxime abest a *ραθάμανθυς*. *Flavam* urbem appellare optimo jure Homerus potuit, cum
qua

qua mare spectabat in solo sita esset arenoso: unde & *ἀμαθόεστος* illi hæsit cognomen. Ceterum locus, quem Rhadamantho a Platone assignari ante accepimus, Pyli Triphyliacæ siti optime congruit. Etenim urbs hæc ita erat posita, ut a parte ejus australi via una ad Messeniæ duceret mediterranea, ubi campus erat Messenicus & Macaria, ab orientali parte via alia in vicinam Arcadiam. Has duas vias illas ipsas esse suspicor, ad quas Rhadamanthum judicem sedere, quarumque unam ad insulas tendere traditum fuit beatorum, *μακάρων*, h.e. Macariam, Messeniæ tractum (detur enim mihi tantisper, esse hunc ipsas illas decantatas beatorum insulas, dum pluribus id inferius ostendero) alteram ad tartarum, quem equidem in Arcadia, regione Peloponnesi media Triphyliæque ab ortu objecta, ponendum existimo. Fuit certe in Arcadia Στυγὸς ὑδωρ, STYGIS AQUA, quam infernalem poetae solent fingere, m) STRABO in Arcadiæ descriptione n): Περὶ Φενεοῦ δὲ ἐσὶ καὶ τὸ καλύμενον Στυγὸς ὑδωρ, λιβάδειον ὄλεθρίς ὑδάτος, νομιζόμενον ἵερόν. Propter Pheneum est etiam ea quæ STYGIS dicitur AQUA, stillicidium aquæ perniciose, quam sacram habent. HERO-
Pars II,

F

DOTVS

m) V. Homerum *Il.* II, v. 755. *Odyss.* V, v. 185. Hesiodum in *Theog.* v. 791. lqq.

n) L. VIII. p. 389.

DOTVS O): Εγ δὲ τάντη τῇ πόλι λέγεται εἶναι
 ὑπ' Ἀρκαδῶν τὸ Στυγὸς ὄδωρ. καὶ δὴ καὶ ἔσι τοι-
 όνδε τι. ὄδωρ ὀλίγον Φαινόμενου, ἐκ πέτρης σάζεται
 εἰς ἄγγος, τὸ δὲ ἄγγος αἱματῆς τις περιθέει κύ-
 κλος. In hac urbe (Nonacri) ab Arcadibus fer-
 tur esse Stygis aqua: Et est videlicet talis ea aqua:
 Ex petra emanat aquila, distillans in vas quoddam,
 in gyrum maceria p̄septum. Longe vero ex-
 plicatius hæc traduntur a PAVSANIA p),
 ex cuius narratione cum mirabilis aquæ istius
 natura plenius cognosci possit, non gravabi-
 mur eam, quamvis prolixiorē, huc afferre:
 Est vero talis: τῶν δὲ ἐρειπίων & πόρρω κερμνός
 ἐσιν ύψηλός. ὃχ ἔτερον εἰς τοσῦτο ἀνήκοντα ύψης
 σῖδα. καὶ ὄδωρ κατὰ τῷ πρημνῷ σάζει. καλύπτει δὲ
 Ἑλληνες ἀυτὸν ὄδωρ Στυγὸς - - - - - Τὸ δὲ ὄδωρ
 τὸ ἀπὸ τῷ κερμνῷ τῷ παρὰ τὴν Νώαναιν σάζειν,
 ἐμπίπτει μὲν πρῶτον εἰς πέτραν ύψηλήν. διεξελθὼν
 δὲ διὰ τῆς πέτρας, εἰς τὸν Κράθιν ποταμὸν κάτεισι.
 Θάνατον δὲ τὸ ὄδωρ Φέρει τῦτο καὶ ἀνθεώπῳ καὶ
 ἄλλῳ ζώῳ παντί. λέγεται δὲ ὅτι γένοιτο ποτε ὅλε-
 θρος ἀπὸ ἀυτῷ καὶ αἰξίνη, ἀλι τῷ ὄδατος ἐπίον πρῶ-
 τον χρόνῳ δὲ ὑπερεγον ἐγγάρθη, καὶ εἰ δή τι ἄλλο
 πρόσεται τῷ ὄδατι τῶν εἰς θάνατα ἥκοντων. ἄλλος
 μέν

o) In Erato f.l. VI, c. 74.

p) In Arcadicis c. 17. &c 18.

μὲν γε καὶ ιερόταλλος καὶ μερρίς (Camerarius legi vult μυρρία) καὶ ὅσα ἔσιν ἀνθερώποις ἄλλοι λέθε ποιέμενα, καὶ τὰν σκευῶν τὰ ιεράμενα, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς Στυγὸς τῷ ὄμβρῳ ρήγνυται. ιεράτινα δὲ καὶ ὄσείνα, σιδηρός τε καὶ χαλκός, ἔτι δὲ μόλιθδός τε καὶ πασσίτερος καὶ ἀργυρός καὶ τὸ ἥλετρον ὑπὸ τάττω σήπεται τῷ ὄμβρῳ. Τὸ δὲ αὐτὸν μετάλλοις τοῖς πᾶσι καὶ ὁ χρυσός πέπονθε. Καὶ τούτην οὐδείναν γε τὸν χρυσὸν ὑπὸ τῷ ίδιῳ, ητε ποιήται μάρτυς ἔστιν ἡ Λεσβία, καὶ αὐτὸς ὁ χρυσὸς ἐπιδέιμνυστιν. Εἴδωκε δ' ἄρα ὁ Θεὸς τοῖς μάλιστας ἀπερρήματοις ηρατεῖν τῶν ὑπερηφενότων τῇ δόξῃ. Τότε μὲν γὰρ τὰ μάργαρα ἀπόλλυθαι πέφυκεν ὑπὸ τῷ ίδιῳ. Τότε δὲ τὸν ἀδάμαντα λίθον ὄντος ιχθυότατον, τῷ Ιεάγει πατατήκει τὸ άιμα. καὶ δὴ καὶ τὸ ὄμβρῳ δύναται τῆς Στυγὸς ὄπλην ὑππειάσασθαι μόνην. ἀλλὰ ἐμβληθὲν πατέχεται τε υπὸ αὐτῆς, καὶ διεργάζεται τὴν ὄπλην. Εἰ δὲ καὶ Αλεξανδρεῖ τῷ φιλίππῳ συνέβη τὴν τελευτὴν διὰ τῷ Φαρμάκῳ γενέθαι τάττω, σαφῶς μὲν δικαῖα. λεγόμενον δὲ οἶδα. *Ab iis ruinis (Nonacris oppiduli) non longe crepido montis tam alte se attollit, ut locum nusquam viderim celsiorem. Ex ea aqua stillatim defluit, quam Stygis aquam Græci nuncupant - - Aqua sane illa, quæ ex prærupta rupe ad Nonacrin guttatum in præcelsum saxum cavit,*

dit, inde permeato saxe in Crathin fluvium delabitur. Mortifera illa quidem est, tum homini, tum cuivis alii animantium generi. nam & capellæ saepius aquæ ejus potu extinctæ sunt ; quod tamen ex intervallo temporis cognitum est. Accedit & aliud ad ejus aquæ miracula. Vasa & pocula omnia, sive vitrea (ex mente Camerarii myrrhina, murrhea) sive crystallina, seu e lapide aut testa sint fistili, aquæ illius vi franguntur. Quin etiam cornnea & ossea vasa ; ferrum item, æs, plumbum, stannum, argentum & eleætrum, ea aqua infusa solvuntur. Ipsum quoque aurum, quod neque situ, neque rubigine vitiari, & Lesbia poetria testatur, & res ipsa indicio est, aquæ tamen hujus virus non sustinet. Atenim vilioribus & abjectioribus plenrumque rebus vim eam Deus indidit, ut ea superarent, quæ maximæ essent inter homines astimationis. nam & aceto uniones resolvuntur, & adamantem, lapidum omnium adversus quemlibet ictum pervicacissimum, hirci sanguis tabefacit. Consimili modo Stygis aqua ungulam equi superare non potest. hac enim sola ita continetur, ut vasculum non findat. Fueritne hoc veneni genere enectus Alexander Philippi filius, pro comperto non habeo : memoriae certe proditum scio. Nota tartari alia Arcadiæ ex eo etiam existit, quod vicinum habuit A C H E R O N T E M fluvium, quem constans poetarum traditio est ad ingressum orci profluere. STRABO q) : Ποταμοὶ δύο ἐγγὺς πέρσιν

q) Lib. VIII. p. 344.

ρέοσιν, ὅτε Δαλίων καὶ ὁ ΑΧΕΡΩΝ, ἐκβάλλοντες
εἰς τὸν Άλφειόν. Οὐ δέ Αχέρων κατὰ τὴν πρὸς τὸν
Άδην ὄμειότητα ὠνόμασαι. Εκτετίμηται γὰρ δὴ
σφόδρα, λάτε τῆς Δημητρεος, καὶ τῆς Κόρης ἵερα ἐν-
ταῦθα, καὶ τὰ τῷ Άδῃ. Τάχα διὰ τὰς ὑπεναντιο-
τητας, ἀς Φοῖος ὁ Σκήψιος Δημητεος. καὶ γάρ εὐ-
μερός ἐστι, καὶ ἐρυσίβην γεννᾷ, καὶ Θεύον ἡ Τει-
φυλία. διόπερ ἀντὶ μεγάλης Φορᾶς πυκνὰς ἀφο-
είας γενέθαι συμβάνει κατὰ τὰς τόπους. Meant
prope (Pylum Triphyliacum, haud procul ab
Arcadiæ finibus) amnes duo, Dalion & ACHERON,
qui in Alpheum influunt. Acheron autem nomen
habet a necessitudine, quæ ei est cum Plutone. In
summa enim ibi sunt veneratione Cereris, Proser-
pinae Ditisque fana: fortassis ob vicissitudines,
quarum Demetrius Scepsius meminit. Cum enim
ager Triphyliæ sit bona frugis ferax, tamen & ru-
bigini obnoxius est, & ulvam giguit, ut sæpe loco
magnæ fertilitatis sterilitas eveniat. Porro nec
BARATHRVM in Arcadia desideratur, quod
itidem in tartaro collocant mythographi, ut
HOMERVS: r)

Ἡ μιν ἔλων ρύψῳ ἐς Τάξταξον ἱερόεντα,
Τῆλε μαλ', ἥχι βάθισον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρε-
θρον,

Ἐνθα σιδήρειάς τε πύλαι καὶ χάλκεον ὅδος.

F 3

Aut

r) Iliad, IX, v. 10.

*Aut ipsum correptum projiciam in tartarum ob-
scurum,*

*Procul valde, ubi profundissimum sub terra est
BARATHRVM,*

Vbi ferrea porta Circum pavimentum.

Sane enim STRABO (s) barathra Arcadiæ memorat, eademque ab Arcadibus Zerethra nuncupari perhibet. Competit denique Arcadiæ illa quoque OBSCVRITAS, quem tartaro ab Homero tribui modo accepimus. Nam cum regio esset admodum montosa, valles habebat plurimas, easque propter montium imminentium celsitudinem ut profundas, ita & obscuras. STRABO (t) : Αργαδία δὲ εἰναι εὖ μέσον μὲν τῆς Πελοποννήσου, πλέιστη δὲ χώραν ὀρεινὴν αποτέμνεται μέγιστον δὲ ὅρος εὐναι αὐτῇ κυλλήνη. Τὴν γὲν πάθετον οἱ μὲν ἔμοσι γάδια Φασὶν, οἱ δὲ ὄστον πέντε καὶ δέκα. Arcadia in medio est Peloponnesi plurimamque montosam regionem continet. Maximus mons est Cyllene, cuius perpendicularum alii XX, alii ad XXV stadia ponunt. Hæc igitur mea est de Rhadamantho Homericō (nam de iis quidem omnibus nunc non laboro, quæ scriptores alii diutissime post Homerum de heroe isto confinxerunt) conjectura, quæ si a veritate non prorsus destituitur, non deerit sane Messeniam

s) L. VIII. p. 389.

t) I. c. p. 388.

seniæ Rhadamanthus. Quod si forte hujus etiam fratres, *Minoem & Aeacum*, ostendi sibi quis cupiat, non despero, quin isti etiam satis fieri possit desiderio, modo observetur, fratres poetarum antiquissimorum stilo civitates dici gentesve, quæ vel ejusdem sunt originis, vel fœdus inter se sanxere, societatem inire, vel & regionem unam eandemque coniunctim incoluere: sicuti parens populus vocatur, qui civitatem populumque alium condidit: quo sensu ipsos etiam historiarum sacrarum scriptores appellationibus illis non nunquam uti, nec adeo difficile demonstratu est, nec effugere potuit interpretum sagaciorum perspicaciam. Lege sis eorum in caput Genes. X. commentationes. Id igitur si admittatur, per Minoem ego Rhadamanthi fratrem intelligi crediderim gentem aliquam habitatorum Pyli Triphyliaci sociam, vel vicinam, relicto tamen Cretensibus Minoe illo, de cuius potentia atque expeditiobus observat. præced. differuimus. Occurrunt autem hic nobis *Minyæ*, una ex tribus illis gentibus, quas Triphyliam tenuisse supra pag. 58. ex Strabone didicimus. Horum passim mentionem facit geographus, & interalia hæc de illis narrat u): Μινυαὶ τῶν Αργοναυτῶν ἀπόγονοι ὄντες, ἐν Δίημνῳ μὲν ἐς Λασκεδαιμονος

F 4

εξέ-

u) Lib. VIII. p. 347.

ἐξεπεσον, ἐνεῦθεν δὲ εἰς ΤειΦυλίαν, καὶ ὥησαν περὶ τὴν Αρένην ἐν τῇ χώρᾳ τῇ νῦν Τύπαισια καλλιένῃ, ἀλλὰ ἐχόσῃ γίνεται τὰ τῶν Μινυῶν οἰστρατα. ΜΙΝΥΑ cum essent Argonautarum posteri, Lemno expulsi Lacedæmonem, indeque in Triphyliam venerunt, Ο Circa Arenam habitarunt in ea regione, quæ nunc Hypæstia dicitur, neque a Minyis condita etiamnum retinet. Hi igitur videntur mihi Minois nomine deinceps celebrati, & ubi Pyliis sese conjunxissent, fratres horum appellati. Aeaci vero nomen ad Aeginetas spectare opinor, h. e. Aeginæ insulae habitatores, qui vel fœdus cum Pyliis Minyisque habuerint, vel coloniam etiam in Triphyliam aut terram propinquam aliam duxerint. Situm insulae S T R A B O designat his verbis : x) Αγίνη ἐσὶν ή καὶ Σαλαπονεπασασα ποτὲ, καὶ πέρι πρωτειων ἀμφισβατίσασα ποτὲ πρὸς Αθηνάς εν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ κατὰ τὰ Περσικά. Λέγεται δὲ σαδίων ἐνατον ὄγδοοντα ὁ κύλος τῆς νήσου. Πόλιν δὲ ὡρόνυμον ἔχει τετραμμένην πρὸς Αἴθα. Περιέχεστι δὲ ἀυτὴν ὅτε Αττικὴ, καὶ ή μεγάλες καὶ τῆς Πελοποννήσου τὰ μέχρι Επιδάυρου χεδόνι, ἐνατὸν σαδίως ἐνάση διέχεσται. τὸ δὲ ἐνθιὸν μέρος καὶ τὸ νότιον πελάγει πλύζεται τῷ τε μυζτώῳ καὶ τῷ Κερτικῷ. Aegina est, quæ maris aliquando

im-

x) L. VIII. p. 375.

imperium obtinuit, bello Persico in navalí certamine, ad Salaminem peracto, de palma cum Atheniensibus contendit. Circulus, quo ambitur insula, stadiorum dicitur 150. urbem habet cognominem, sitam versus Africum. Circumiacent eam Attica & Megarica & Peloponnesi partes, quæ usque Epidaurum porrigitur singula fere 100. stadiorum intervallo remota. Orientale & austrinum latera Myrtoo ac Cretico mari alluntur. ISAAC.
 TZETZES y): Ή Ἀιγίνα νῆσος μία τῶν σποράδων ἐστιν, ἀντικεῖ κειμένη τῆς Αττικῆς, ἀποικος, ὡς ἔφη, Αἰγαίων ὑπάρχχοστα. Aegina insula una est Sporadum, ex adverso Atticæ sita, Argivorum (Lascedæmoniorum) existens colonia. Istam jam insulam patriam ferri Aeaci & subditorum ejus STRABO l. c. confirmat. εἰτεῦθεν, inquit, Αλαζός τε λέγεται, καὶ οἱ υπ' αὐτὸν. Cujus traditionis auctorem nihil aliud significare voluisse arbitror, quam quod sub Aeaci nomine Aeginetæ circumferri soleant, quorum nomen arte sua consueta in illud Aeaci poetæ transformaverint. Illos autem vel in Triphyliam ipsam vel in tractum saltem aliquem vicinum colonos misisse, duo hæc probabile faciunt: consuetudo eorundem colonias ducendi in terras varias, & commercium, quod cum Arcadicibus

F 5

y) In Comment. ad Lycophronem p. m. 25.

dibus habuerunt. Aeginetæ enim cum ex terra sua sterili, & aliis frumenti quam hordei non ferace, eam proventus copiam, qua ad vitæ tutelam commoditatemque indigebant, non perciperent, in commercia incubuere maritima, atque ubi insulam suam hominum laborare abundantia animadvertebant, integros ex illis cœtus in regiones ablegarunt exteris, nominatim in Cydoniam, Cretam & in Umbricos. Porro merces suas ad Arcadas, qui Peloponnesi inhabitabant umbilicatum, advexerunt, non per Argolidem quæ via fuisset brevissima, sed per Elidem in opposito sitam littore, ita, ut universa prope modum Peloponneso circumnavigata, ad littus hujus occidentale appellerent, mercesque suas Cyllenæ, quod oppidum Elidis erat maritimum, exponerent, hinc vero eas jumentis impositas in Arcadiam importarent. Quæ singula disertis nituntur STRABONIS z) & PAVSANIAE a) testimonii. Credibile igitur est, Aeginetas mercatores regionum, quas præterlegebant, Laonicæ, Messeniæ & Triphyliæ, vel peragabant, ut Elidis propria, quæ & *cava* appellata fuit, fecunditate animadversa civibusque suis prædicata, horum aliquos adduxisse, ut in earum unam demigrarent, eamque coloniam amicitiam deinceps

z) Lib. VIII. p. 376.

a) In Arcad. c. 5.

inceps & societatem cum Pyliis fecisse atque Minyis. Quando vero Rhadamanthum poetae, Minoem & Aeacum, h. e. uti nunc interpretor, Pyli *ἀρχαθόετος* f. Triphyliaci incolas, Minyas & Aeginetarum coloniam, inferorum dixere judices, significationem in eo esse mis hi persuadeo imperii, quod nationes istae in Arcades exercuerunt, & consuetudinis, qua suorum eos, quos exilio forte multatos vel lent, in Arcadiam, infelicem regionem, regarunt, atque ita in tartarum quasi detru serunt, alias vero, quos sedem mutandi cu piditas incesserat, in Messeniæ, terræ beatissimæ interiora, ubi campus erat Messenicus & Ma caria, emigrare passi sunt, vel & jussérunt. Sic igitur Rhadamanthum quoque Messeniæ asseruimus. Felicius conjiciat qui potest,

§. IX.

Quintum criterium hoc erat: *Campus Elysius in regione fuit, quæ suavem & jucundam mortali bus præbuit vivendi rationem.* Manifestum hoc ex verbis: τῇ περ ἐγίση βιοτῇ πέλει ἀνθεώποι σιν. *Vbi facillima vivendi ratio est hominibus.* Vitam namque facilem eam interpretor, quæ & molestia caret, & suavitatis jucunditatisque habet plurimum. Docet autem experientia, iis potissimum in regionibus suaviter homines vivere, ubi præsidiorum vitæ deliciarum que suppetit copia, ubi præter pascua omnis gene-

generis fruges, fructus atque esculenta vel proveniunt gignunturque, vel haberi certe facilis negocio possunt, ubi nec locorum desiderari potest amoenitas celebritasque, nec aer mollis, aut si quid præterea est, quo libenter & cum voluptate fruuntur homines. Præditam vero ea indole Messeniam fuisse, Homeri & Strabonis loca §. 6. p. 62. 63. allata satis declarant. His enim Messenia regio prædicatur cuius bonitatem verbis æquare haud queas, irrigua nempe, pascuosa, bonæ frugis, tritici, speltæ, hordei, loti atque cyperi feracissima b) Vinum quoque Messeniam genuisse inde patet, quod Illyrii aliquando, cum amicitia specie ad Mothonæorum (in Messenia) portum appulissent, in urbem misere οἱ ἄγειν σφίσιν δινον ἐπὶ τὰ πλοῖα ἑδεῖθησαν· ὡς δὲ ἄγοντες αὐθίκοντο ἀνδρεῖς τὸν τε δινον ἀνθνύοντες μῶνταν τῶν Μοθωνῶν, καὶ αὐτοὶ σφίσιν ἐπίπεδον τὸν ἐπίγοντο. qui vinum ad naves ut deportaretur rogarent. quumque ab oppidanis vinum comportatum esset, emerunt quantum esset a Mothonæis estimatum Illyrii, & vicissim de mercibus suis aliquid illis vendiderunt, narrante PAVSANIA c). Si quæ etiam

b) De Lepreatis, quorum nomen codices exprimunt probatissimi, non longe a Pylo Triphyliaco incolentibus, eodem loco testatur Strabo, quod χώραν ἔχον ἐυδαιμονια, agrum habuerint felicem.

c) In Messen. c. 35.

etiam ad cultum vitæ commoditatemque pertinentia natura Messeniæ denegasset, ea adveni in illam navibus facile poterant, cum maritima esset atque portuosa. Amœnitatem regioni nemora conciliabant & campi fertilissimi complures, supra a nobis, cum *ηετήγειον* explicaremus secundum, enumerati. Nec hodie quidem defecisse oportet amœnitatem pristinam, cum ex illa nomen Messeniæ Itali indiderint BELVEDERE, quasi tu *prospexitum dicas pulchrum*. Porro hominum si quis delectaretur frequentia, deesse ei non poterat, unde voluptatem perciperet, propter urbes & oppida numerosa juxta atque populosæ. De aëris Messenici lenitate & salubritate statim nunc ex instituto dicemus.

§. X.

Dignoscitur sexto loco campus Elysius ex eo quoque, quod in regione, quæ illo superbiit, optima fuit aeris temperies, Zephyri in primis suaviter spirantes. Hanc notam verba subministrant hæc : *Vbi neque nix, neque hiems longa, neque unquam imber, sed semper Zephyri suaviter spirantes auras oceanus emittit, ad refrigrandum homines.* Vbi vix opus est, ut moneam, nullam nivem, nullos imbres pro ratiis cadentibus ponи. Produnt hoc verba : *ἢ τὸ μέσον πολὺς, neque hiems longa.* Hiems enim non longa aliqua tamen est, h. e. tempestas

pestas omni frigore, pluvio & nivali cœli statu minime libera. Id igitur vult Proteus, in campo Elyso rariores esse nives, rariores item imbræ. Horum autem raritatem ex aëre profici sc̄ notum est nimis neque humido neque frigido, qui, si venti etiam accedant molles, calorem æstumque perpetuo moderantes, temperatissimus habetur merito. Ac tali fâne aëre Messeniam gaudere, dubitare nos vētant hæc EVRIPIDIS apud Strabonem : d)

Ὥντ' ἐν τνοιαῖσι χέμπατος δυχέμερον

Ὥντ' ἀν τεθρίπποις ἡλίος θερμὴν ἄγαν.

Nec sub hibernos flatus nimis algidam (Messeniam)

Nee æstibus quam Titan nimiis urgeat.

Hac autem aeris constitutione tum climatis, sub quo degebant, tum Zephyrorum crebrius spirantium beneficio fruebantur Messenii. Quemadmodum enim fieri solet, ut regiones maritimæ eo maxime perflicantur vento, quo mare ex adverso impellitur ; ita in Messenia quoque, mare Jonium ad occasum habente, nullus ventus crebrior erat, quam Zephyrus. Cujus auræ cum & frigus & æstum mirifice temperarent, aeremque serenum efficerent, gratissimæ semper Græcis acciderunt. Attici Zephyrum quanti facerent, eo testificati sunt, quod aram ei posuerunt. PAUSA-

NIAS

d) L. llix. p. 366.

NIAS : e) ἐστι δὲ καὶ ζεφύρος τε θυμός. Est eodem in loco (inter Eleusinem & Athenas) ara Zephyro erecta. De natura & virtutibus ejus venti præclare ARISTOTELES f) his verbis præcipit: Διὸ τί ὁ ζεφύρος ἐνδιεινός καὶ ἡδιός δοκεῖ εἶναι τῶν ἀνέμων, καὶ οὗτος ὅμηρος ἐν τῷ Ηλυσίῳ πεδίῳ

Αλλά αἰσι ζεφύρου διαπνείσθιν αἴται ; ἦ πρῶτον μὲν, ὅτι ἔχει τὴν τῷ αἴρος ιράσιν ; δύτε γὰρ Θερμὸς, ὥσπερ οἱ ἀπὸ μεσημβρίας καὶ ξω, δύτε Φυχέρος, ὥσπερ οἱ ἀπὸ Γῆς ἀριτρώ, ἀλλ' ἐν μεθορίῳ ἐπὶ τῶν Φυχρῶν καὶ Θερμῶν πνευμάτων. γειτνιῶν δὲ ἀμφοῦ Γῆς δύναμεως ἀντῶν κοινωνεῖ. διὸ καὶ ἐνηργατός ἐστι καὶ πνεῖ ἔαρος μάλιστα. ἐτὰ πνέυματα περιέσταται ἢ ἐις τανατία, ἢ ἐις τὰ δεξιά. μετὰ δὲ τὸν Βορέαν πνέων (ἐπὶ δεξιᾷ γὰρ ὁ τόπος) ἐνδοκιμεῖ ὥσπερ παρὰ χαλεπὸν πορεῖον. καὶ ἀμα ὅταν ἀποχειμάσῃ ἐνδίᾳ ἔισθε γίνεσθαι ὡς ἐπιτοπολύ. Οὐ δέ Βορέας χειμέριος ἐστιν ἀνεμός. καὶ οἱ ἀπηλιώτης δέ ἐν τῷ μέσῳ ὧν τῶν Θερμῶν καὶ τῶν Φυχρῶν πνευμάτων, ἥττον αὐτοῖς κοινωνεῖ. ἀπηλιώτης μὲν γὰρ πιέων τὰ πρὸς νότον πνέυματα κινεῖ (ἐνταῦθα γὰρ οἱ μετάστασις ἀντεῖστι) κινῶν δὲ καὶ μήνυται αὐτοῖς. Οὐ δέ ζεφύρος καὶ

κινεῖ-

e) In Atticis c 37. p. 89.

f) Problem. XXVI, quæst. 34.

κινεῖται ὑπὸ λῶν νοτίων, καὶ πνέων κινεῖ λὰ Βόρεια.
τελευτᾶ γάρ ἐνταῦθα ἡ περίοδος τῶν πνευμάτων.
διὸ τῶν μὲν τὴν τελευτὴν τῶν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχων ἐν
ἄντῳ δικαίως ἥδος ἔστι καὶ δοκεῖ εἶναι. Cur Favonius serenus & jucundissimus omnium est? & qualem Homerus flare per campum Elysium carmine illo dixit:

Sed Zephyri assidue spirant auræque salubres?

An primum quod aëris temperiem plane obtinet: neque enim calidus est, ut qui de meridie ortuque spirant: neque frigidus, ut qui de septentrionibus obveniunt; sed medium frigidorum & calidorum flattum tenet. Quod cum utriusque in vicino sit, particeps utrarumque virium evadit: itaque temperatissimus est, & vere maxime spirat. Ad hæc flatus omnes transfire vel in sibi aduersos, vel in dextros consueverunt: itaque cum post aquilonem Favonius spiraret (dexter enim hic est) efficitur adeo, tanquam mitis ad immitem, & simul, ubi destitutus hiems, serenum magna ex parte subsequi solitum est. At qui flatus hibernus aquilo est. Subsolanus, quamvis inter calidos & frigidos situs, minus qualitatis eorum particeps est: hic enim cum spirat, flatus vergentes ad austrum motitat quidem (istuc enim transferre afolet) sed misceri tamen cum his minime patitur. At vero Favonius & movetur ab austro, & ipse, cum spirat, movet aquilonem: huic enim usque progrediens vicissitudo ventorum finem

finem sui circuitus facit. Quare is, qui alterius finem alterius initium secum habet, merito suavior est esse videtur. Idem philosophus Zephyrum inferius g) λειότατον τῶν ανέμων καὶ ψυχρότατον ventum omnium lenissimum vocat refrigerantissimum. PLINIVS h): Ipse leniter pluvius, tamen est siccior Favonius ex adverso ejus, (venti subsolani) ab æquinoctiali occasu, Zephyrus Græcis nominatus. In hunc spectare oliveta Cato jussit. Hic ver inchoat, aperitque terras tenui frigore saluber. Hic vites putandi frugesque curandi, arbores serendi, poma inferendi, oleas tractandi jus dabit, afflatumque nutricium excitabit. Ad ejusdem venti laudem id quoque pertinet, quod felicem illum appellat VIRGILIVS, i) cum de Aenea refert quod maestaverit

pecorem Zephyris felicibus albam.

Albae nempe pecudes sacræ erant Zephyro, quod albus quasi hic esset, i. e. serenus & jucundus. Ita candidos favonios HORATIVS dixit k):

*Quid fles Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent vere Favonii?*

Hinc in circu Romanorum albus aurigarum
Pars II. G color

g) L. c. quæst. 55.

h) Hist. natur. l. XVIII, c. 35.

i) Aen. III, v. 120.

k) Carm. I, III. Oda VII, v. 1.

color facer erat Zephyris, testibus TERTULIANO¹⁾ & ISIDORO^{m)}. Diligenter autem hic intelligi volo, Zephyrum tales, qualem eum ex auctoribus antiquis modo representavimus, Græciæ se præstare & Italiæ incolis, cum nobis plerumque nubilus sit atque pluvius. Possunt enim ejusdem venti effectus esse diversi, pro situ regionum diverso. Græciæ igitur, ac speciatim Peloponneso, serenus cum accideret favonius gratissimusque, ratio hinc perspicitur, quare eo etiam nomine campum Elysium dilaudaverit Proteus Homerius, quod Zephyrus eum perflet continuus. Ceterum ex hoc ipso Strabo etiam colligit, esse illum campum in regione quadam situm occidua. Talis vero cum Messenia non minus esset, quam Hispania, quæ causa eum impulit, ut ad hanc potius quam ad illam eundem referret, nisi quod ad multorum hominum exemplum, in peregrinis ac remotis terris quærere illud voluit, quod ipsa offerret patria. Quam rationem secuti mihi videntur eorum plerique ex ipsis etiam Græcis, qui fabularum priscarum interpretationem susceperunt,

§. XI.

1) *De spectac. c. 9.*m) *Originum c. 41.*

§. XI.

Omnia igitur, quæ posuimus, regionis campum Elysium habentis *μετρήσα* Messeniæ convenire cum offendemus, quid supereft, quam ut huic illum adjudicemus? Speciatim vero in *planicie*, quam Strabo vocat, *Messeniaca*, & in *Macaria*, campum Elysium invenire mihi videor. Illius situm ex Strabone & Pausania submonstravimus p. 66; de hac vero (*Macaria*) monendum in præsenti ducimus, non confundi eam oportere cum *Macaria Arcadiæ* oppido, cuius *PAV S A N I A S* meminit n). Nostra enim non ad Arcadiam spectavit, sed ad Messeniam, cum per eam Pamisus laberetur fluvius, qui extra Arcadiæ fines, in ipsa ortus Messenia, & centum circiter stadia emensus, in finum se exonerabat Messenium o). Nec oppidum fuisse arbitror, aut urbem, sed tractum aliquem, nomen suum (quod *felicem s. beatam* sonat, puta terram) ex summa consecutum tum soli bonitate ac fertilitate, tum amoenitate sua, situmque inter planiciem Messeniacam & finum Messenium. Aut prorsus me conjectura fallit, aut ipsa hæc *Macaria* est, quam in animo illi habuerunt, qui primi ΜΑΚΑΡΩΝ νῆσος, *beatorum* insulas celebrarunt. Sane enim *insulae* nomen *Macaria*, &

G 2

fini-

n) In *Arcad. c. 3.* 27. 36.

o) V. pag. 65. sq.

finitima huic planities Messeniaca minime respuunt, cum Pamiso & Sela p) fluviis ab ortu & occasu, marique ab austro quasi concluderentur. Scilicet ita fert loquendi usus, ut terra etiam, quæ fluviis continetur, insula vocetur. Quomodo v. c. *ir:ſulam Franciæ* (Isle de France) appellari constat regionem Galliæ eam, quæ inter Sequanam, Matronam & Isaram s. Oesiam fluvios est. Nec alibi ego, quam in Macaria & campo Messeniaco *hortos* quæsiverim *Hesperidum*, poetis tantopere decantatos. *Hesperides*, si vim vocis spectes, regionis occiduae incolæ sunt, quales utique in Peloponneso Messenii erant. *Hesperidum* una *Aegle* fuisse fertur, sub quo nomine latere mihi videntur *Aegalei* montis, haud procul a mari distantis, ad cuius radices Pylus posita erat Messeniaca, non ignobile oppidum, accola. STRABO q) : ὑπέρεινται δ' ὅρος ἐν ἐπτάσαδίοις, τὸ Αἰγαλέου τέττα τε καὶ τῆς Θαλάττης. Η μὲν δὲ παλαιὰ Πύλος ἡ Μεσσηνιακὴ ύπω τῷ Αἰγαλέῳ πόλις ἡ. Inde a mari septem stadiis situs est mons Aegaleum nomine: sub quo antiqua Pylus Messeniaca sita fuit.

§. XII.

Quod si tandem nominis quoque explicanda sit ratio (quanquam hoc in nominibus anti-

p) Memorat hunc fluvium Ptolemaeus in recensione locorum Messeniæ.

q) L. VIII. p. 359.

antiquis, propter originum obscuritatem, difficillimum esse solet, nec necesse semper est, si de re ipsa nobis constet) dubium esse fateor, utrum proprium illud sit, & ex proprio ortum, an appellativum r). Prius si statuas, Ἡλύσιον dictum censeri possit quasi Ἡλεῖον, vel Ἡλίδιον, sono leviter inflexo, ἀπὸ τῆς Ἡλείας η Ἡλίδος ex *Elea* vel *Elide*, vicina Peloponnesi regione, cui campus Messenius, quem equidem ab Elycio haud puto diversum esse, ab austro objacebat. Consueverunt enim Græci veteres cognomina locis imponere ex propinquis vel urbibus, vel regionibus. Quomodo Pylus in Triphylia *Lepreaticus* etiam cognominatus fuit, quod ab oppido Lepreo haud procul abesset, nec minus *Arcadicus*, quod ager ejus Arcadiæ fines attingeret: & apud nos urbium v. c. portis nomina dari solent ex locis urbibusque vicinis. Quidni igitur simili ratione aliquis Messeniæ campus, Eleam f. Elidem spectans, & vel ad fines hujus extensus, Ἡλεῖον, Ἡλίδιον, vel Ἡλύσιον πεδίον fuerit appellatus? Elei enim Messeniis confines erant, ita ut illi ad septentrionem, hi ad austrum incolerent s). Hæc tamen nominis ratio si cui forte minus probetur, viderit is,

G 3

an

r) Græcorum de nomine isto opiniones varias cogno-scere si cui volupe sit, Hesychium is inspiciat, Suidum, Eustathium & Etymologum.

s) V. præter Strabonem Pausaniam in *Messen.* c. 36. p 373

an melior peti possit ex loco Messeniæ HELOS PLINIO appellato, & a Pamiso amne, adeoque & planicie Messeniaca Macariaque, non admodum remoto. Recitemus verba PLINII t) : *Ad meridiem Cyparissius sinus, cum urbe Cyparisse, LXXII millium passuum circuitu. Oppida Pylos (Messeniaca), Methone : locus Helos, promontorium Acritas.* Quod si vero ἡλύσιον appellationem judicare malis communem, optime illud, repudiatis eorum opinionibus, qui dicunt putant παρὰ τὴν τῶν Ψυχῶν ἐκεῖσε ἡλύσιον, ab animarum istuc adventu, vel ἀπὸ ἀλύτως ἔχειν, quod quasi irresolubiles ibi sint homines, sive corruptioni mortalitatique hand obnoxii, optime, inquam viridarium interpreteris, & πεδίον ἡλύσιον, campum viridariis hortisque amoenis plenum. Docet enim Polemon apud Hesychium, u) ἡλύσιον Græcis παράδεισον significare; παράδεισος autem quid sit, in vulgus notum. Hæc igitur habui, quæ de situ campi Elysii, ex Homeri mente, in præsenti commentarer: in quibus si coniecturis datus interdum locus fuit, parcus tamen illud a me factum puto, quam ab aliis, ante me in eodem obscurissimo antiquitatis momento dilucidando versatis. Lucem si quis clariorem posthac afferat, tantum aberit ut invideam, ut potius longe mihi futurum sit gratissimum.

OBSER-

t) HÆF nat. I. IV. c. 5. cf. quæ dicta sunt p. 60. sq.

u) voce ἡλύσιον.

OBSERVATIO IV.

DE
LINGVIS INTER APOSTO-
LOS DISTRIBVTIS
AD ACT. II, 3.

§. I.

ANsam argumentum hoc cum cura qua-
dam meditandi nupera mihi præbuit SO-
LEICHTII (sub quo nomine EICHOLZIVM
quendam latere accepimus) de *linguis Apo-*
stolorum dissectis redintegratis commentatio a),
qua ostendere auctor conatus est, phrasι ὁφ-
θησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι silentium
indicari, quod auditō fragore quodam repen-
tino servaverint apostoli, sese mutuo aspici-
entes, ut hæc sit verborum Lucae sententia: Vi-
"debantur apostoli aliique præsentes extem-
"plo obmutescentes, vel respiciebant se invi-
"cem obstupefacti, quasi igne tacti cœ-
"lesti (terror enim quem fragor de cœlo im-
"provisus incutiebat) cuique illorum insi-
debat. Quam expositionem ut confirmet
personatus Soleichtius, locum quendam HO-
MERI b) profert, in quo, ex ipsius quidem
opinione, τάμνειν γλώσσας secare linguas idem
sit ac *conticescere*. Hanc ille locutionem cum

G 4

ista

a) Guelpherbyti 1725. 4. edita.

b) Odyss. 11, 332.

ista Lucæ διαμεριζειν γλῶσσας, dividere linguas, in qua cardo rei vertitur, comparat, hujusque eandem plane significandi vim esse persuadere instituit, ac illius. Præterquam vero, quod phrases hic componuntur admodum diversæ, id etiam vitii interpretationi isti inest, quod sensu locutionis Homericæ nititur alieno. Nam τάμνειν γλῶσσαν apud Homerum minime est silere vel obmutescere, sed linguam victimæ excisam sacrificare, Mercurii placandi causa. Nempe moris hoc erat Græcorum, ut ab epulo sacrificiali antequam cubitum irent, linguas hostiarum in ignem altaris porricerent, libationesque adderent, in honorem Mercurii, veriti scilicet, ne qua Deum hunc, sermonis & eloquentiæ largitorum atque præsidem, ad vinum diserti offendissent. Memorat ritum ARISTOPHANES c), Πανταχθὲ τῆς Ἀττικῆς ή γλωττα χωρὶς τέμνεται Ubique Atticæ regionis lingua seorsim secatur, vel potius sacrificatur. Nam τέμνειν vel τάμνειν Jōnum sermone, quem Attici quoque interdum usurparunt, idem est, quod θύειν sacrificare, observante eruditissima DACERIA d). Ne quid vero dissimulem, potuisset Eichholzius

c) In Avibus v. 1702. & in Pace v. 1060. ubi vide Scholia. Confer, si placet, Fried. Strunzii dissert. de linguis Mercurio apud Græcos sacris, Witteb. 1716. publicatam.

d) Dans ses remarques sur l' Odiss. I. c,

zius suam phraseos Homericæ interpretationem auctoritate munire Euystathii, qui e commentario in Homerum veteri observat, τάμεν γλώσσας symbolice sive translate dici pro στργάν silere, nisi eum sensum quæ ibi sequuntur apud Homerum prorsus responderent. Subjicit enim poeta : e)

γλώσσας δ' ἐν πυῃ βάλλον, ἀνισάμενοι δ' επέλειβον

Linguas autem in ignem conjecterunt, surgentesque libarunt.

quæ ad quid aliud referri possint, quam ad sacrificium, euidem haud intelligo. Animus mihi erat rationes opinionis Eichholzianæ reliquas, quarum levitas tanta gloriactione indigna videri auctori debuisset, studiosius in examen revocare; fecit autem virorum clarissimorum, FRANC. WOKENII, f) Professoris nunc Lipsiensis, & TOB. ECKHARDI g), Rectoris Lycei Quedlinburg. diligentia, ut opera hac supersedere possim. Quare id tantum nunc agam, ut meas de loco perdifficili, qui ingenia interpretum non parum exercuit, proponam cogitationes, qua-

G 5 rum

e) v. 34t.

f) Qui in lucem emisit dissertat. philolog. deflammis inter fideles. Lips. 1726.

g) Edidit is non longe post linguas Apostolorum neque dissectas, neque medica manus Michæl Erici So-leicht redintegratas atque curatas.

rum hoc compendium est: ΔΙΑΜΕΡΖΟΜΕΝΑΙ ΓΛΩΣΣΑΙ non *linguae oris* sunt, *divisæ* (zertheilte zungen) vel *flammulæ linguis similes*, *dispersitæ*; sed *dialecti* variæ inter apostolos *distributæ*.

§. II.

Notum est omnibus, qui linguam Græcam vel a limine salutarunt, γλῶσσης vocabulo duo denotari, *loquela instrumentum*, scilicet illam oris partem, cuius beneficio verba proferimus, quam nos vernaculo *zunge* appellamus, & sermonem scilicet *dialectum*, *sprache*. Priori significatu interpretes, quantum novi, hoc loco accipere omnes; quamvis de eo maximus inter eos dissensus sit, quid *linguae* sint *divisæ* vel *dispersitæ*, præfertim cum addatur *ωοὶ πυρὸς*, *instar ignis*. Mei instituti non est, sententiarum dinumeratione lectorem fatigare. Nemo enim historiæ litterariae tam expers est, quin sciat, dudum illam suscepisse alios, atque hos inter locum nuper meruisse præcipuum Cel. Jo. CHRISTOPH. WOLFGANG h), cui eorum se maxime probavit opinio, qui *flamulas* indicari existimant per cœnaculum dispersas, *linguarum* speciem repræsentantes, quæ tum ab Apostolis, tum a spectoribus, qui præter hos adfuere, conspectæ sint. Sæpe autem miratus sum, ex viris

He-

h) In curis philolog. Et crit. ad h, l.

Hebraice & Rabbinice doctissimis, qui commentaria in actuum apostolicorum librum scripsere, haud repertum esse, qui cum phrasē Græca διαμεριζόμεναι γλώσσαι conferret Rabbinicum חתוך הלשון chittuch hallaschon, scissio, scissio vel divisio linguæ, quod Græce congruenter efferas διαμερισμὸς τῆς γλώσσης. Designat vero Rabbinis חתוך הלשון os aperatum, vocem claram, sermonem distinctum, imo intrepidum. ELIAS LEVITA: i) דבר והוא שם נופל לומר על כל מה שהוא שם ובר בז שוש בו רוח חיים אברך וברור אני נופל רק על ורבודו הוציא מין הפה בחותך הלשון Da-bhar nomen est, quod de omni eo usurpatur, quod nomen rei est, sive res sit animata, sive inanimata. Sed dibbur non competit nisi verbo, quod ex ore egreditur bechittuch hallaschon, voce clara, articulata & distincta. R. D A V. K I M C H I iisdem vocibus de eo usus est, quod παρρησίαν Græci, libertatem fandi Latini dixerunt, ad verba Jeremiæ k) רישלה יהוה את ידו ויגע (Exten-dit Deus manum suam tetigitque os meum, ac dixit: Ecce pono verba mea in os tuum, in hunc modum commentatus: ירושה יי' ארץ ידו: חוא

i) in תשב p. m. §9.

k) Cap. l. v. 9.

הוּא וְמֶלֶךְ הָנְרָאָת אֱלֹהִים וְדָבֵר אֱלֹהִים בְּשֵׁם הַשֵּׁם
וְנִקְרָא בְשָׁמוֹ וְנִרְאָה בְמְرָאוֹתָיו וְנִכְוָאָה שְׁחוּשִׁיט
יְדוֹ אֱלֹהִים וְהַגְּנוּעַ וְרַבְבוּתָם עַל פְּנֵי וְנִרְאָה לְוּ
כְּאֵלָיו שֵׁם בְּפְנֵי. דָבֵר שִׁישׁ כֵּן מִמְשֵׁל תְּקִין
אֲפָלָה עַל פִּי שָׁאֵן הַגְּנֻעַ וְדָבֵר אֶלָּא עַל וְהַזְּהָן
לֹא עַל הַפֶּה בְמְרָאוֹתָה הַנִּכְוָאָה נִרְאָה לוּ כְּאֵלָיו
שֵׁם בְּפְנֵי דָבֵר שִׁישׁ כֵּן מִמְשֵׁל תְּקִין כֵּן בְּפְנֵי
לְדָבֵר בְּחוּתוֹן לְשׁוֹן בְּלֹא מְרוֹאָה. *Intelligi hoc
debet de angelo, qui ei apparuit locutusque fuit
nomine Dei, cuius & nomen gesst (personam su-
stinet). Is igitur visus Jeremias est in visione
prophética manum ad ipsum extendere, orique
verba admovere. Visum nempe ei fuit, quasi in
os ipsius verbum aliquod ingereret angelus, cui o-
ris ad differendum aptandi vis inesset. Ac tam-
etsi verbum non nisi ad aures pertingat, minime
ad os; repräsentatus tamen prophetæ in visione
angelus fuit, ac si in ore ejus verbum aliquod re-
poneret, quo dicendi facultas afferretur, aptusque
ipse redderetur ad loquendum bechittuch laschon
cum parrhesia, absque ullo timore. Quod si igi-
tur per γλῶσσαν lingua hic intelligenda esset
oris, vix aliunde lucem affundas clariorem
verbis, de quibus quæstio nunc habetur,
quam ex ipsa illa formula Judaica. Aptissi-
me enim διαμεριζόμενας γλώσσας, ὡς εἰ πυρὸς,
de parrhesia, sive sermone interpreteris libero,
fiduciæ pleno & quasi ardenti, quo facinora
Dei*

Dei præclara, cum pristina tum recentissima
prædicaverint apostoli. Superesse tamen puto
rationem interpretandi aliam, eamque ma-
gis commodam atque expeditam, quam pau-
cis nunc explicare instituam.

§. III.

Cum memoria tenerent apostoli verba
Christi, quibus certa ipsis spes facta fuerat,
fore, ut mox a magistri sui in cælos ascensu
spiritu sancto largiter imbuerentur, iisdem
que nec tempus huic negotio aptius videre-
tur ullum, quam festum pentecostes, nec lo-
cus convenientior, quam templum, simulac
dies ille festus illuxisset, statim in templum
ad unum omnes spe pleni sese contulerunt,
cœlesti donum avide exspectantes. Nec fe-
fellit exspectationem eventus. Effusa enim
tum in animos ipsorum liberaliter spiritus di-
vini munera, eoque ipso ad munus, divinitus
ipsis demandatum, digne gerendum inaugu-
rati fuere instructique. Hanc autem inau-
gurationem non intra privatos parietes, sed
in loco aliquo publico, ac in ipso quidem
contigisse templo, illud arguit, quod jube-
ret lex Judæos masculos omnes illo festo,
uno quippe ex tribus solennioribus, in tem-
plo sese fistere. Nec segnitiei gentem, circa æta-
tem reipubl. extremam, in mandato illo ex-
sequendo accusare temere possis. Omnes e-
nim

nim, quibuscumque integrum erat, summo statim mane ad templum se certatim recipiebant, tum ut sacrificia offerrent, quæ lex imperaverat, tum ut cultum Dei publicum aspectarent, precesque ad Deum funderent. Quem morem, in se minime culpandum, deferere nefas duxerunt apostoli, qui, ut alibi I) testatur Lucas, ἡσαν διαπαντος ἐν τῷ ιερῷ αὐγάντες καὶ ἐυλογῶντες τὸν Θεόν, semper (i. e. quovis tempore, quo templum frequentare Hierosolymorum incolæ consueverant) *in templo fuerunt, laudantes Deum atque celebrantes.* Ilidem igitur procul omni dubio, cum dies solennitati pentecostali destinatus adesset, cum reliqua Judæorum turba ad templum sese contulerunt, officia pietatis consueta exsecuturi. Quod si porro temporis momentum, in quod solennis apostolorum consecratio incidit, consideres, hinc etiam patebit, in templo, hujusque speciatim atrio magno, ut Judæis appellari solebat, Israëlitarum & sacerdotum atria complexo, eam accidisse. Hora enim diei tertia erat, quæ nobis nona est, qua Israëlitarum facile nemo, quem ætas, imbecillitas aut immundities aliqua non prohiberet, in templo desiderabatur, cum solennium publicorum, summo mane inchoatorum, & ad meridiem usque continuandorum,

I) In evang. c. XXIX, v. 53.

rum, pars tunc agi soleret præcipua. Idem denique ingens illa prodit populi multitudo, quæ ad novum & insolitum spectaculum, fragore cœlitus edito, illico confluxit. Fieri potuit, ut a cœtu tam numero lin-guis loqui novis statim animadverterentur apostoli, in alio quam publico loco versantes? Aut, si forte nuncium ejus rei in templum ad Judæos, magno numero ibi congregatos, perlatum fingas, an credibile est, hos sacris omissis, templum relinquere & ad apostolorum convenire domum non dubitasse? Quod si tamen & hoc detur, tantæne conclave quoddam ædis alicujus privatæ capacitatis fuit, ut immensam illam populi concionem, ex Judæis Parthis, Medis, Elamitis, Mesopotamia, in Judæa natis, Cappadocibus, Ponticis, Asianis, Phrygibus Pamphyliis, Aegyptiis, Libycis, Cyrenaicis, Romanis, Cretibus & Arabibus compositam, continere potuerit, ita ut audirent singuli spectarentque apostolos, facta Dei mirabilia cantico prædicantes? Haud equidem censeo. Nec obstare sententiæ nostræ potest, quod locus ille ὅικος domus appellatur. Tritissimum enim hunc Judæis fuisse loquendi morem ut templum domum dixerint *κατ' εξοχὴν*, eorum ne-mo, qui vel levi opera scripta illorum versarunt, ignorare potest. Quamobrem dubitan-dum non videtur, quin quæ capite Act. II.

ad

ad versum usque 40 narrantur, in ipso usu
venerint templo, ac speciatim in Israelitarum
atrio, infinita hominum, sacris festis operam
ibi dantium, turba inspectante & admirante.

§. IV.

Hic igitur cum precibus solemnibusque
reliquis intenti omnes essent, subito fragor
quidam de cœlo exortus locum, in quo com-
morabantur (id enim est ἡσαν καθήμενοι), im-
plevit atque ita concussit, ut vento aliquo ve-
hementiori commoveri videretur. Cujus fra-
goris mirabilis illico fese prodidit effectus. Sta-
tim enim ΩΦΘΗΣΑΝ ΑΥΤΟΙΣ ΔΙΑΜΕΡΙ-
ΖΟΜΕΝΑΙ ΓΛΩΣΣΑΙ. Quibus verbis quid
significetur cognoscere si cupiamus, ad duo
cum primis attendere nos oportebit; vide-
licet, quid h. l. sint γλῶσσαι, ac deinde quid
διαμερίζεσθαι. Ad prius quod attinet, non
video quæ causa satis gravis impellere potue-
rit interpretes, ut eam vocabuli significatio-
nem, qua bis illud occurrit in sequentibus,
hic putarent deserendam. In verbis: ἡξαν-
το λαλεῖν ἐτέραις γλώσσαις v. 4. γλῶσσαι mani-
festo dialecti sunt, non linguae oris. Nec a-
liter sumunt auditores, profitentes v. II. ἀπό-
ομεν λαλέντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ
μεγαλεῖα τῆς θεᾶς. Ac certe, si in loco etiam
præsenti γλώσσας de dialectis accipias, sen-
sum habebis non tantum non absurdum, sed

&

& magis aptum , difficultatibusque obnoxium minoribus eo , qui esse vulgo creditur. Sane enim dialectorum distributarum , sive concessæ apostolorum singulis facultatis , sensa mentis idiomate peregrino , vel antea certe non familiari , efferendi mentio & scopo Lucæ convenientior videtur esse , & nihil habere , quod a lectori quovis intelligi facile non possit. Si quid ego judicando assequi valeo , voluit Lucas , cum animus ipsi esset ostendere , quomodo spiritus sancti donis , in quibus omnium consensu illud linguarum novarum præcipuum erat , instruēti fuerint legati divini , voluit , inquam , in ipso statim ingressu verbis hisce : ὥφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι , narrationis suæ quasi propositionem exprimere , latius deinceps explicandam.

§. V.

Porro verbum διαμεριζόθαι in novi instrumenti tabulis itidem duo notare deprehendimus. Primum enim de iis adhibetur , quos inter discordia enascitur , & qui in partes discedunt contrarias ; ut in illo Lucæ : m) Πᾶσα Ἰασίδεια ἐπ' ἑαυτὴν διαμεριζέσθαι ἐξημετατο omne regnum adversus se ipsum divisum , ut Erasmus vertit , h. e. cuius cives in factiones diversas , in studia scinduntur contraria , de-

Pars II.

H

sola-

m) Cap. XI, 17.

Solatur. Et capite sequenti : n) ἔσονται πέντε
ἐν ὅικῳ ἐν διαμερισμένοι, τρεῖς ἐπὶ δυσὶ, καὶ δύο
ἐπὶ τρισὶ. διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' οὐρᾳ καὶ οὐρὸς
ἐπὶ πατερὶ, μίτης ἐπὶ Θυγατρὶ, καὶ Θυγάτης ἐπὶ^{μητρὶ} cet. Erunt quinque in domo una divisi, mu-
tuuo sibi aduersantes, tres aduersus duo, & duo
aduersus tres. Pater aduersabitur filio, & filius
patri ; mater filia & filia matri. Sic nomen
quoque διαμερισμὸς dissensum ibi notat, discor-
diam, contentionem. Ait enim Christus : δο-
κεῖτε, ὅτι εἰς ἕννην παρεγενόμην δῆναι ἐν τῇ γῇ ; οὐ-
χὶ λέγω υἱοῦν, ἀλλὰ ἡ διαμερισμόν. An existima-
tis, quod ad pacem dāndam in terram venerim ?
Minime vero, sed dissensum. Deinde διαμερί-
ζεθαι id quoque dicitur, quod inter plures
distribuitur. Sic Matthæus o) de militibus
vestes Christi, in crucem sublati, forte inter
se distribuentibus : διμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτῷ.
Et Lucas p) Christum, cum calicem discipu-
lis porrigeret, dixisse refert : λάβετε τότο
καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς sumite hunc, & distribuite
inter vos. Idem de primis Christianis : q) τὰ
κτίματα καὶ τὰς ὑπάρχεις ἐπίπρεπον καὶ διεμέ-
ρισον αὐτὰ πᾶτι, παθότι ἀν τις χρείαν ἔιχε. Pos-
fessio-

n) v. 51, 52, 53.

o) Cap. XXV, v. 35.

p) C. XXXII, v. 17.

q) In actis C. II, 45.

sessiones & bona sua vendebant, & distribuebant ea omnibus, prout quisque opus habebat. Interpretes V.T.Graeci, quos LXX. vulgo vocant, idem verbum sensu hoc passim usurparunt, quando Hebr. קְلִקְלָה, quod *distribuere* est, *dispertiri* per illud reddiderunt. Ut in cantico Deboræ: r) הַלְאָ מִצְאָו וְהַלְקֵךְ שֶׁלֶב *Annon* invenierunt & divisorunt prædam? οὐχ' ἐνεῖσθαι αὐτὸν διαμερίζοντα συνλα; & in libro Nehemiae, s) ubi de facta Canaanis inter Israelitas distributione sermo est. Vtra autem verbi notio loco nostro aptari debeat, minime opus erit, ut diu multumque dubitemus. Nam linguas adversantes sensum commodum haud fundere cum per se apertum sit, id unum relictum nobis est, ut dialectos intelligamus in apostolorum cœtu distributas, ita ut virorum divinorum quilibet earundem redditus fuerit particeps.

§. VI.

Istæ autem linguae quæ aut quot fuerint numero, late nunc non disputabimus, quamvis accurata disquisitione dignissima res sit. Existimavit quondam summus vir, Jo. LIGHTFOOTVS, t) per γλώσσας, quibus ministri

H 2

ec-

r) Jud. V, 30. Cf. 2. Sam. VI, 19.

s) Cap. IX, 22. Cf. Pf. XXII, 18. CIIIX, 8.

t) Vide Horas ejus Hebr., in I, Corinth, XIV, Tom. Opp., II, p. 918.

ecclesiæ, spiritus cœlestis donis imbuti, locuti sint, solam indicari linguam Hebraicam. Nec inficias ire possumus, inesse huic opinioni aliquam veri speciem. Persuasum enim Judæis vulgo erat, Messiaæ tempore linguæ Hebraicæ usum, qui inde ab exilio Babylónico exoleverat, quasi postlimino reductum iri. Hoc scilicet prædixisse judicabant Zephaniam prophetam, sic inter alia vaticinatum : u) **אֵל אֱמִינָה שְׁפָה בְּרוֹחָה** **לְקַרְיָה כָּל בְּשָׁם יוֹהוָה לְעִבּוֹר שְׁכָנָת אֶחָד**

Tunc vertam ad populos labium purum, ut innocent omnes nomen Dei, & colant eum conjunctis viribus. In hoc oraculo, quod ad Messiaæ ævum spectare censebatur, labium purum, ex interpretatione Judaica, **לְשׂוֹן הַקָּדוֹשׁ** **lingua sancta** erat, s. Hebraica, docente id, præter commentatores Judæorum alios, A B E N E S R A. Dici igitur posset, indulgenter Deum, & sapienti prorsus consilio linguæ Hebraicæ scientiam usumque legatis suis tunc concessisse, ut vel ex hoc indicio regni Messiaæ præsentiam gens Judaica cognosceret. Neque id sine miraculo aliquo fieri poterat, cum apostoli, omnium litterarum rudes, haud intellexissent eam linguam antea, ne dum sermonibus suis usurpassent, quippe eruditorum paucis ista ætate cognitam ac familia-

u) Cap. III, v. 9.

miliarem. Quando autem variarum gentium Judæi ea se apostolos lingua differentes audire profitentur, in qua nati ipsi essent, censeri iidem possent ad priscum illud tempus respicere, quo lingua Hebraica vernacula Judæorum genti fuerat, atque propria ; multitudinis vero numerum in voce γλῶσσαι non ad dialectos, sed ad loquentes plures pertinere, ut γλῶσσαι ἐτέραις λαλεῖν aliquis hominum diceretur numerus, lingua sermocinans una eademque, at ea tamen ab idiomate vulgari & vernaculo diversa : sicuti מָוִיתֵם Ezechieli x) non *mortes* denotat plures, sed morientium multitudinem, & epistolæ ad Hebraeos scriptori y) οὐέιττονες Θυσίας unum *præstantius* Christi *sacrificium*, cuius fructus admirabiles infinitus percipiat mortaliū numerus. Nec desunt alia, quæ sententiæ Lightfootianæ ornandæ adhiberi possent, si id quidem nunc agerem. Sed concedo potius eorum in partes, qui linguarum peregrinarum plurium notitia instructos tunc fuisse apostolos arbitrantur. Nolim tamen eas, præter omnem necessitatem, multiplicari, cum sufficere videantur Hebraica cum dialectis cognatis, Græca & Latina, quarum linguarum unam auditorum nemo erat, quin intelligeret. Harum certe beneficio doctrina

H 3

na

x) Cap. XXIX, 10.

y) C. IX, v. 23.

na Christi divina in regionibus orbis habitati præcipuis, iis saltem universis, quas unquam adiisse apostolos certis historiæ documentis constat, late divulgari poterat atque propagari: cuius rei causa primos cœlestis veritatis præcones linguarum dono impertitos fuisse, omnes confitentur. Eccui igitur usui Americanorum, Caffarum aliarumque in ipsa etiam Europa barbararum gentium, quas nunquam salutaturi erant apostoli, linguæ mentibus ipsorum infusæ fuissent? Nihil Deus frustra facit. Quare non aliarum, nisi modo dictarum linguarum, usum inexspectatum miratos esse credo auditores in apostolis, nec Hebraice, nec Græce, nec Latine doctis, cum horum unus hac, aliis alia, non omnes quidem simul, sed unus post alterum sermones funderet.

§. VII.

Porro phrasin ΩΦΘΗΣΑΝ ΑΤΤΟΙΣ interpretum recentiorum aliqui reddi juberit, *visæ* vel *canspectæ* sunt ab illis, non *super eos*, vel *in illis*: existimantes, verbum ὄπτουσαι, dandi causi junctum, exponi semper debere per Latinorum ablativum, addita præpositione à, vel ab z) Nec negare ego sustineo, fieri id oportere sapius, dubito tamen, an semper. Extant enim apud probos scriptores exteris loca,

a) V. Cel. Wolfii *curas philolog.*

ca , in quibus phrasis si non prorsus eadem, at simillima tamen, ita explicanda est, ut nomen verbo additum per ablativum reddatur, (nec alias sane casus in Græco est) suppleturque, propter subaudiendum ἐν, præpositio *in*. Sic **SALLVSTIO** a) τοῖς σώμασι Φάνεραι τὸν ἴσχυόν est seriem IN corporibus apparere. Quidni igitur pari modo ὁ φθησαν αὐτοῖς ita hic acciperemus, ac si legeretur ὁ φθησαν ἐν αὐτοῖς, *Conspectæ, observatæ sunt in illis linguae, quæ distribuerentur, vel & impersonaliter, animadversum fuit, man sahe, man nahm an ihnen wahr, nam ὄπτεδαι non id solum dicitur, quod in oculos incurrit, verum etiam, quod auribus & mente percipitur judicaturque : quo significatu videndi & apprendi verbo gentes uti plurimas, neminem præterit.* Itaque hoc Lucam voluisse censeo, observatum fuisse a turba præsenti, quod linguarum peregrinarum scientia donarentur apostoli, apparuisse enim hoc ex eventu, illico fese manifestante. Nolo tamen acrius cum iis contendere , qui malunt rem, de qua sermo est, ab ipsis conspectam vel observatam fuisse apostolis, cum sic etiam sensum nanciscamur minime absolum : *animadverterunt apostoli linguarum donum inter ipsos distribui.* Ante vero, quam phrasin hanc relinquam,

a) In libro περὶ θεῶν καὶ νόσων c. IX. p. 261, in opusc. mythol. phys. Eth. Th. Gale.

quam, submittam doctiorum judicio suspicio-
nem aliquam novam, quæ mihi attenius
verba penitanti subnata est. Nempe visum
mihi est, pronomen *άυτοῖς* referri non incom-
mode ad participium *διαμεριζόμεναι*, vertique
posse *inter eos*, ut hæc esset constructio: Ὡφ-
θησαν γλῶσσαι διαμεριζόμεναι αὐτοῖς, observatum
fuit linguas inter illos distribui. Jungitur cer-
te sensu hoc pronomen, in dandi casu pos-
tum, verbo *διαμεριζέσθαι* etiam alibi, ut in ver-
bis psaltæ b): *διεμερίσατο τὰ ιμάτια μὴ ἑα-
τοῖς διισερντε νεστούς* inter se: & cum dis-
cipulis Christus ait c): *λάβετε τέτο καὶ δια-
μερίσατε ἑαυτοῖς* sumite hunc (calicem) & distri-
buite inter vos. Pertinet huc illud etiam, quod
de iis Lucas perhibet, qui disciplinæ Christi-
anæ se addixerant d): *ἐπίπρεπον τὰ πτηνά,*
καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι. Vendebant possessiones
suas, & distribuebant eas inter omnes: Vnum id
opponi forsan posset, istum sensum ordinem
vocum postulare alium, talem nempe, qualis
in locis est modo allatis, secundum quem
pronomen *άυτοῖς* post verbum rejiciendum
fuisset, h m. καὶ Ὡφθησαν γλῶσσαι διαμεριζό-
μεναι αὐτοῖς. Nec diffiteor, hanc verborum
seriem magis naturalem videri. Verum e-
nim

b) Pf. XXII, 18. Matth. XXVII, 35.

c) Luc. XXII, 17.

d) Act. II, 45.

nim vero , quis a scriptoribus , rerum quam verborum rationem habentibus potiorem, postulet , ut in structura vocum accurationem grammaticam ubivis observent?

§. IIX.

Quæ sequuntur voces, ὡσεὶ πυρὸς, ad quas proxime præcedens γλῶσσαι repetendum est, e) non parum negotii faceſſere ſolent interpretibus. Plerique flammulas imaginantur, lingularum ſpeciem referentes , & per cœnaculum diſpersas. Nos illis voculis comparationem putamus exprimi, qua dialectorum, quibus uſi tunc apoftoli , vel sermonum potius, iisdem habitorum, vehementia & vis ingens cum igne confertur. Nam ὡσεὶ comparandi particula eſt, nec aliud quidquam, niſi similitudinem unius rei cum altera denotat. Qui uſus voculæ in novo testam. perpetuus eſt, niſi ubi circiter significat. Ita v. c. Christus, baptismo inauguruſt, vidiffe dicitur f) ſpiritum ſanctum deſcendentem ὡσεὶ περιπέραν, ubi pridem monuere interpretes fagaciores, neutiquam formam indicari columbinam, quam induerit ſpiritus ſanctus , ſed modum deſcensus ei ſimilem , quo columba ſe demittat, quippe non velociter , ſed molli placido-

H y que

c) Quæ ellipsis Græcis minime inſolens , ut in illis
η τῶν Ελλήνων ſc. γλῶſſαι, Græcorum lingua.

f) Matth. III, 16.

que strepitu volans & se se agitans. Eadem prorsus ratione γλῶσσαι πνεῖς non linguæ sunt, ipsa natura & substantia sua ignea, aut ignis verus, sub linguarum humanarum specie in templo circumvolitans, sed sermones igni similes, h. e. affectum spirantes animi, vehementi gaudio plenissimi, & incredibili studio immensa Dei beneficia celebrandi flagrantis: quales esse solent sermones hominum, qui intimo quodam gratiæ divinæ sensu afficiuntur. Edisserebant nempe apostoli grandia Dei facinora, in populo Judaico quondam edita, nec minus Christi res, nunquam satis admirandas deprædicandasque. In quarum recitatione, cum justitiæ, potentia benignitasque divinæ consideratione conjuncta, animi ipsorum non poterant non vehementius commoveri, & quasi accendi, sermonesque gignere veluti æstuantes ardentesque. Dilucidari hæc & confirmari non parum poterunt, si cogitemus, solenne hoc scriptoribus antiquis esse, ut ignis naturam & ardorem quendam cum animo tribuant, vehementius commoto, tum sermoni quoque incitatori, vehementiori ac ponderoso. Sic VIRGILIVS de animo irato: g)

Exarfere ignes animo

Exardescendi verbum creberrime CICERO
transtulit ad quoscunque fere animi motus,
ira-

g) *Aen.* II, v. 575.

iracundiam invidiam, dolorem amorem, cupiditatem, spem, desiderium. Idem P A V L V S fecit apostolus, saltim quod ad spem attinet, amorem affectusque similes, cum jussit Romanos suos h) *Ἐτεν τῷ πνεύματι fervere spiritu. De sermone vero tropum illum usurpavit ENNIVS*, cuius hanc Cicero i) commemorat sententiam : *Flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta (bons mots) teneat.* In quo apophthegmate, et si reprehendendus non sit, qui flammam intelligat propriam ; sensus tamen vocis translatus orationis scopo magis convenire videtur; ut haec poetae mens sit : *Facilius a viro sapiente verba irata, & ad increpandos alios directa, ore jam quasi iræ æstu inflammato contineri & reprimi, quam sententias argute excogitatas. Longe vero apertius eodem tropo ipse usus est Cicero, quando orationem gravem, invectivam & aculeatam verborum vocavit faces.* Sic enim de Crasso loquitur k): *Hic cum homini & vehementi & diserto, & in primis forti ad resistendum, Philippo, quasi quasdam VERBORVM FACES admovisset, non tulit ille, & graviter exarist, pignoribusque ablatis Crassum instituit coercere.* Quid mirum igitur, si & Lucas, orationes a-

h) In epist. ad eos c. XII, v. II.

i) De Orat. l. II. p. 110.

k) De Orat. l. III, statim in princ.

postolorum gravissimas atque penetrantissimas effigiaturus, cum igne eas comparavit? Quæ sane comparatio vel ex eo aptissima judicari debet, quod ipse etiam spiritus sanctus, cuius beneficium munusque princeps donum linguarum erat, ignis ^{l)} soleret appellari. Johannes certe Baptista baptizaturum Christum nunciat m) *spiritu sancto & igne*, i. e. ut recte GROTIUS aliique præstantissimi interpretes exponunt, *spiritu igneo, igne spiritus sancti, vel spiritu sancto, qui ignis est.* Et cum Thessalonicenses suos Paulus *spiritum* vetat *extinguere*, n) nonne manifesto illum, ut ignem nobis repræsentat? Ceterum credibile est, Lucam eo etiam consilio donum spiritus sancti eximium igni assimilasse, ut tacite simul significaret, quod pridem Johannes prædixisset, illud nunc evenisse. Effusam enim in apostolos esse vim divini spiritus igneam, qua accenderentur & inflammarentur eorum animi: eamque vim ex sermonum, ab iisdem

l) Hoc inde esse videtur, quod in Veteri quoque Testamento Deus interdum ignis dicitur, idemque elementum, ut præsentia divina adhibetur symbolum. Quomodo & profanae gentes Deos suos igni similes statuebant, &c luci. V. Cel. Jac. Elsneri *exercitata de lege per angelos tradita* §. II.

m) Matth. III, 11.

n) I. Thess. V, 19.

dem habitorum, gravitate atque pondere fu-
isse agnitam.

§. IX.

His quæ subjungit Lucas, ea pro epexe-
gesi habeo, sive uberiori declaracione & con-
firmatione hujus propositionis: ὁ Φθισαν αὐ-
τοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὥστε πυρός. Ita-
que ἐκάθισε τε ἐφ' ἑταῖρον αὐτῶν sic verto :
siquidem confedit super unumquemuis eorum, sc.
spiritus sanctus, quod subiectum ex subse-
quentibus hic supplendum est. Nam ellipsis
vocis ex membro sequente repetendam inter-
dum in libris sacris esse, luculenter, præter
alios, ostendit S A L. G L A S S I V S o). Utitur
autem Lucas phrasí Judæis familiari, qui de
homine spiritus sancti donis imbuto dicere
solebant : שְׁרָא עַל־זֶה רֹוחֶת וּקְרוּשָׁת habitat
super eum *spiritus sanctus*. Additur : καὶ ἐπλή-
θησαν ἀπαντες πνεύματος ἄγιος, καὶ ἤρξαντο λα-
λεῖν ἐτέρας γλώσσας, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδε
αὐτοῖς ἀποΦθέγγεται. Et impleti sunt omnes
spiritu sancto (spiritus sancti donis), Ο ince-
perunt loqui linguis aliis (diversis ab ea, qua
usi fuerant antea) prouti spiritus illis dabit e-
loqui). Copulandi particulæ, sapientis hic ob-
viæ, potestatem esse putamus plane gemi-
nam ei, qua pollere solet præfixum Hebr. γ.
quod

o) In Grammat. sacra l. IV. tr. II. p. m. 903.

126 Obs. V. De Jud. Magis horumque arte,

quod modo per *et*, modo per *siquidem*, modo per *igitur*, modo aliter reddendum est. Quare locum integrum sic interpretor: *Animadversum fuit, linguas inter eos distribui*, aut, si mavis, *observatum in illis a spectatoribus vel ab ipsis etiam apostolis fuit*, quod linguæ, & dialecti peregrinæ, quæ in ore ipsorum *quædam faces erant*, inter ipsos *dispertirentur*. *Siquidem requievit spiritus sanctus super unumquemvis eorum, impletique sunt omnes Spiritus S. muneribus.* Incepérunt *igitur loqui linguis aliis, prouti curvis spiritus suggerebat.*

OBSERVATIO V.

DE

JVDÆORVM MAGIS HORVMQUE ARTE, SPECIATIM
DE ELYMA MAGO

AD

ACT. XIII, 8.

§. I.

SI quæcunque de arte Judæorum magica, hujusque professoribus, dici possent, expōnere vellem, non dissertatio quædam, sed liber mihi conficiendus esset, justæ magnitudinis. Quod cum angusti instituti nostri limites haud permittant, scriptione hac non nisi stri-

strictim ea, quo de magorum nomine & professione, ac speciatim de nominis *Elymas* ratione sentio, persequar. Itaque *Magorum* nomen quam clarum olim in regionibus, solem orientem spectantibus, præsertim in Persis, extitit, tam obscura adhuc visa fuit philologis origo ejus & genuinus significatus. Plerique vocabulum apud Persas natum, aliqui ex lingua arcessendum judicarunt Hebraica, & meditabundos significare, sive in cognitione rerum occupatos: quod genus מַגִּים mahgim Hebræi vocant. a) Mea opinione origo nominis a Medis repetenda est, apud quos proprium illud fuit certæ cujusdam nationis. HERODOTVS certe nationes gentis Medicæ antiquissimas recensens, diserte in illis *Magos* commemorat. Scribit enim b): Δηϊόκης μὲν νῦν τὸ Μῆδικὸν ἔθνος συνέρεψε μᾶνον, καὶ τάττη ἥξε. ἐστὶ δὲ Μίδων τοσάδε γένεα, Βαστα-
κῖνοι, Στρεχατες, Λεζαντοὶ, Βόδιοι, ΜΑΓΟΙ. γέ-
νεα μὲν Μῆδων ἐστὶ τάδε. Dejoces solam Medicam
subegit gentem, eique soli imperavit. Sunt autem
haec Medorum nationes: Bujae, Paretateni, Stru-
chates, Arizanti, Budii, MAGI. Tot sunt in
Media nationes. Hanc scilicet nationem, præ-
ter onirocriticen, varias etiam alias coluisse
sus-

a) Occurrit vox apud Esaiam c. VIII. v. 19,

b) Lib. I. c. 101.

suspicio artes ac disciplinas, nomenque dedisse omnibus eadem studia sectantibus. De arte somnia interpretandi, a Medorum Magis exercita, clara res est ex eodem Herodoto, qui de Astyage Medorum rege c) : ὑποθέμενος δὲ τῶν Μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, ἐΦΟΒΗΣῃ, παρ' αὐτέων αὐτὰ ἔναστα ἐμαθὼ. Cum Magorum iis, qui somniorum interpretationem præferebant, somnium exposuisset, conterritus est, singula quaque ab illis edocitus. Ac primum quidem nomen Magicum a Medis ad Persas translatum, horumque illis datum videtur, quibus communia cum gente Magorum Medicæ essent studia. Sic enim fieri solet, ut qui artes profitentur & instituta sequuntur certæ cujusdam gentis antea propria, nomen ex ea gente accipiant. Exemplum capiamus ex vagabundis illis, qui nobis Zigeuner, (Cingari) Gallis vero idcirco *Egyptiens* audiunt, quod divinandi artem, Aegyptiis olim diligenter cultam, magna cum illusione plebis credulæ jactare solent. Eosdem vulgus in Saxonia inferiore *Tatern* nuncupare confuevit, quoniam in eo mores exprimunt Tatarorum, quod & incertis vagantur sedibus, & agros populantur. Haud absimili ratione Persæ, cum Medos, gentem clarissimam atque potentissimam, quæ universæ olim imperitaverat

c) L. c. cap. 107, 120.

rat Asiæ, devictos in potestatem suam redigissent, iisdemque familiarius uti cœpissent, & artem & nomen Magorum ab illis admiserint; ita ut suorum eos, qui quid somniis portenderetur investigarent indicarentque, ac rerum præterea divinarum humanarumque cognitioni, ad exemplum nationis Magicæ inter Medos, studerent, Magorum titulo salutaverint. Qui instituta civilia militaria & domestica plurima a Medis mutuati sunt Persæ, cur non Magorum quoque scientias artesque adoptaverint? De institutis, quæ diximus, Medicis, a Persarum gente adscitis, nemō facile dubitabit, qui hæc STRABONIS legerit: (d) Εθη δὲ τὰ πολλὰ μὲν τὰ ἀντα τύ-
τοις τε καὶ τοῖς Αρμενίοις, διὰ τὸ καὶ τὴν χώραν παραστησίαν ἔιναι. Τὰς μέντοι Μῆδας ἀρχηγέτας ἔιναι Φασὶ καὶ τύτοις, καὶ ἔτι πρότερον Πέρσας τοῖς ἔχοσιν ἀντάς, καὶ διαδεξαμένους τὴν τῆς Ασίας ἔξοδίαν. Ηγέρειν λεγομένην Περσικὴ σολή, καὶ ὁ τῇ τοξικῆς καὶ ἵππικῆς ξῆλος, καὶ ἡ περὶ τὰς Βασιλέας Θεραπέια, καὶ πόσμος καὶ σεβασμὸς Σεοπεπῆς παρὰ τῶν ἀρχομένων, ἐις τὰς Πέρσας παρὰ τῶν Μῆδων ἀφίηται. καὶ ὅτι ταῦτα αληθὲς εἰς τῆς ἐθῆτος μάλιστα δῆλον. Τισσα γάρ τις, καὶ

Pars II.

I

κίδα-

(d) *Geographi. XI, p. 525.*

κιδαρίς, καὶ πύλος, καὶ χειριδωτοὶ χιτῶνες, καὶ ἀναξυγίδες, ἐν μὲν τοῖς ψυχροῖς ἡόποις καὶ προσβόροις ἐπιτήδειά ἔστι Φορέματα, διοι ἐισὸν οἱ Μηδικοί. ἐν δὲ τοῖς νοτίοις ἥκιστα. Οἱ δὲ Πέρσαι τὴν πλέιστην ὕπησιν ἐπὶ τῇ Ερυθρᾷ θαλάττῃ κέντηνται, μεσημβρινώτεροι καὶ βαθυλανιών ὄντες, καὶ σφρίων. μετὰ δὲ τὴν κατάλυσιν τὴν τῶν Μήδων προσεκτῆσαν τὸ τινα καὶ τῶν προσαπομίνων Μήδα, ἀλλ᾽ ὅτως ἐφάνη σεμνὰ, καὶ τῷ βασιλικῷ προσχήματος ὀμοῖα τὰ ἔθη τοῖς νικήσατι, καὶ τὰ τῶν νικηθέντων, ὡςτ' ἀντὶ γυμνητῶν, καὶ φίλων θηλυτολεῖν ὑπέμειναν, καὶ πατησεφεῖς ἔιναι τοῖς σκηπάσμασι. Mores fere communes sunt Medis atque Armeniis: quia ḡ regio assimilis est. Medos tamen principes auctoresque fuisse ḡ his istorum ferunt, ḡ Persis, qui Media occupata in dominatum Asiac successerunt. Nam qui nunc dicitur Persicus vestitus, ḡ sagittandi ac rei equestris summum studium, regumque cultus, ornatus, ḡ honores quasi divini regibus ac subditis qui habentur, a Medis sunt profecta. Idque verum esse, maxime e vestitu apparet: nam tiara, pileus, manicata turylica ḡ anaxyrides in frigidis locis aquilonaribus, ut sunt Mediae, gestamen sunt commodum, in austrinis minimae. Persae autem habitationem suam ut plurimum habent ad Rubrum mare, meridionaliores Babyloniis.

¶ Susis, sed eversis Medis etiam quædam Mediae contermina in suam redegerunt potestatem. Sed vicitibus ita ob majestatem, ¶ regio ornatui convenientem dignitatem placuerunt a vietiis Medis recepta, ut nuditati ¶ levissimo uestitui muliebrem stolam ac uestem, ad talos usque dependentem prætulerint. In his igitur talibus tantum cum ostenderint Persæ Medos imitandi studium, quidni in rebus etiam aliis? præsertim in nobili tunc Magorum arte, nec minus claro nomine, cuius nullum facile apud Persas ante illud tempus, quo Medos sibi subiectos habuere, reperias uestigium: sicuti ipse etiam ZOROASTRES, celeberrimus ille disciplinæ & sectæ Magicæ in Persis antistes, Darii demum Hyftaspis ætate floruisse accuratissimis chronologis creditur. Persarum exemplum secuti deinceps sunt populi Asiae interioris alii, Parthi, Baetriani, Chorasmii, Arei, Sacæ, omnes magiæ amantissimi, ut ex LVCIANO e) patet. Sed & Babylonii ac Arabibus suos fuisse Magos compertum habemus. Ceterum cum nominum propriorum, quibus gentes usæ peregrinæ, nativus significatus obvolutus in obscuro plerumque lateat, & inveniri rarissime queat, valde veedor, ne frustra laboret, si quis illum in Magorum nomine detegere conetur. Nobis hodie, nulla linguæ Medicæ veteris notitia in-

e) In lib. de longæviss., non longe a princ.

structis, non magis liquere potest, quid sibi velit *Magi* vox, quam quid Busarum Parencenorum, Struchatum, Arizantorum & Budiorum nomina. Omissa igitur notatione, usum nominis spectemus, vi cuius Magus apud Persas, gentesque nonnullas alias, is dicebatur, qui rerum divinarum atque naturalium praeditus esset scientia, artem divinandi calceret, ritusque sacros, sacerdotum more, procuraret: paucis, theologus, idemque simul physicus, somniorum interpres, astrologus haruspex, & sacerdos. f)

§. II.

A Persis atque Babylonis magorum nomen ad Judæos quoque venit, eo tempore, quo in summa illud apud gentes modo dictas claritate erat, magno numero in Perside atque Babylonie viventes, e patria sua exsules. His magus, מָגֵשׁ, is erat, quem iporum lingua תַּלְמִיד חֲכָםִים, חָכָם sapientem, discipulum sapientum & virum eruditum appellere consueverant, h.e. legis & scriptarum & per manus traditæ, simul tamen philosophiæ barbaricæ, astrologiæ artiumque similiūm

f) Vid. Diogenem Laertium in prooemio comment. de virtutis philos. Aelianum var. hist. I. II. c. 17. Lucianum de longevis Conf. Barn. Brissonium de regno Persarum I. II. p. 180. Th. Stanlejum in hist. philos. orient. I. II. c. 4. fqq.

lium peritus. Cujusmodi viri illi fuisse videntur qui Hierosolymam Christi videndi causa ex oriente advenerunt. Postquam vero ex iis, qui magorum nomen usurparent, multi ut in aliis, ita in Judaica quoque gente vanis artibus totos se atque unice tradiderunt, accedit tandem, ut character ille nobilis ex dignitate sua pristina plurimum amiserit, hominemque significare cœperit praestigiatorem (בעל כשפים), qui occultarum & mirificarum artium jaestatione plebi credulae fucum faceret. Hinc R. SALOMO ISAACIDES de voce מגרש sic commentatur g). מחשף Magus praestigiator est, qui præstringit oculos (h. e. visus hominum præstigiis obsecantibus fallit, ut non videant ea quæ sunt, & videre se putent illa quæ non sunt, quemadmodum optime rem expressit LACTANTIVS) h) & furatur corda, animos hominum decipit. Hoc genus hominum γόντας dicebant Graeci, corrupto, ut videtur, ex orientalium מוגש vocabulo. Vsus eo passim Josepus est, cuius loca aliqua afferre non alienum fuerit, cum rei illustrandæ egregie inserviant. Sic igitur ille gesta enarrans Felicis, Romani in Judæa procurato-

I 3

ris

g) In *Glossa ad Sota* f. 22. col. 1.

h) Lib. II. c. 14.

i) *Antiqu. Jud.* I. XX. c. 8. edit. Haverc.

ris i) : Δητησέων ἡ χώρα ἀνεπλήθη καὶ γοήτων
ἀνθεώπων, οἱ τὸν ὄχλον ἴππατων, ἀλλὰ τύττες μὲν
ὁ Φῆλιξ πολλὰς κατέκαστην ήμέραν σὺν τοῖς λη-
σταῖς λαμβάνων ἀνήσει. *Judæa referta erat latro-
num receptaculis atque præstigiatoribus, qui popu-
lo imponebant.* Horum multos, sicut *latrones*,
Felix quotidie comprehensos afficiebat suppliciis.
Et paulo post : οἱ δὲ γόητες καὶ ἀπατεῶνες ἀν-
θεώποι τὸν ὄχλον ἐπειδόντες εἰς τὴν ἔρημίαν
ἐπεδιψαν. ἐδίζεν γὰρ ἡ φασαν ἐναργῆ τέρατα καὶ ση-
μεῖα, κατὰ τὴν τὰς θεᾶς πρόνοιαν γενόμενα. καὶ
πολλοὶ πειθέντες, τῆς ἀφεοσύνης τιμωρίας ὑπέρχον.
ἀναχθέντας γὰρ αὐτὲς Φῆλιξ ἐνόλασεν. *Impo-
stores* *fallaciis pleni homines suadebant multitudo-
ni, ut ipsos in solitudinem sequerentur.* Se enim
ipsoſtis ostensuros dicebant manifesta prodigia *signa*,
quaæ Dei cura *providentia evenirent*, multique,
fidem habentes, dementiæ suæ pœnas pertulerunt.
Eos quippe retræctos *Felix suppicio affecit.* Hu-
jus furfuris homo Aegyptius ille fuit, qui Hi-
erosolymam profectus vatemque se professus,
suasit plebi, ut secuta se in montem ascenderet
oliviferum, qui ad quintum ab urbe aberat sta-
dium, ortum versus : illic enim visuros suo
jussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita ut
per eorum ruinas aditus in urbem pateret.
Quæ tamen res pessime cum impostori ipſi,
tum

tum spectatoribus ejus cessit: quorum quippe quadringentos Felix occidit, ducentos vivos cepit. (k) Tam vani igitur homines tamque improbi impostores magi Judæorum cum es-
sent, mirandum non est, pessime illos apud sapientiores audiisse. Talmudici certe l) ma-
gum homine plebejo, bardo & Samaritano,
quo genere nihil singi poterat abjectius ma-
gisque improbum, pejorem judicant. Ajunt
enim: קרא ורונה ולא שמש תלמידו חכמים
ר' אלעזר אומר חורי זוזי עם ר' שמואל הארץ
בר נחמני אמר חורי זוזי בור ר' ינאי אומר חורי
זה כותרי רב אחא בר יעקב אומר חורי זה מגוש

*Qui scripturam & Mischnam tantum didicit, nec discipulis ministravit sapientum (doctrinæ Ge-
maricæ operam non dedit) eum R. Eleasar pro
plebejo habet, R. Samuel filius Nachmani pro bar-
do, R. Jannai pro Samaritano, R. Acha filius
Jacobi pro mago. In quibus gradationem ser-
vari appetet, ita, ut post genus hominum
vile & contemptu dignum, aliud vilius nomi-
netur & contemtius. Magus igitur omnium
contemtissimus, magistrorum Judaicorum ju-
dicio. Eoque magis mirari convenit, in ma-
gni synedrii assessoribus, praeter dotes alias*

I 4

plus

k) V. cundem l.c. & de de Bello Jud. I, II. c. 12.

l) In Sora l. c.

plurimas, præstigiarum quoque requisitam fuisse peritiam, si modo vera tradit R. JOCHANAN, doctor celebris, cuius hæc legitur sententia m) : אין מושיבין בסנהדרין אלא בעלי חכמיה בעלי מראה בעלי קומורא בעלי זקניהם Non legebantur in synedrion, nisi viri sapientes, formosi, proceri, aetate graves, & præstigiarum s. artis magicæ periti, cet. Idem confirmat auctor libri Cosri, n) cuius en testimonium : הסנהדרים היו מצוים בעלי תלם מהכם חכמיה מהחכמויות והאמנויות והרמיונות והסמכויות עד שיזכשו ויהלשוות Quæ sic convertit BUXTORFIVS: Synedrii assessoribus mandatum fuit, ne ipsos latret ulla scientia, sive vera (quæ suas habet demonstrationes) sive imaginaria (Magica, veluti divinationum, exorcismorum, sortium cet.), sive ex consensu & instituto hominum excoigitata, adeo, ut etiam incantationum magicarum, & linguarum variarum petitiam habere debuerint. Eam vero peritiam a synedrii membro quare olim postulaverint, hanc rationem reddit R. SALOMO o) : שם יהז הנרון מכשף וזהא ר' (in Beth Jacob plenius legitur : ר' ש

m) In Menachot, f. 65. c. 1.

n) P. 11. §. 69. p. 127. edit. Buxtorf.

o) In glossa ad Talmudis l. c.

וישבי הסוף והאור שלֵא ישלטו בו) יעשׂו
זה מכשפות וימותחו בכרא מיתות שיזוכלו

ut, si forte reus præstigiator esset, & incantamen-
tis suis gladium aut ignem adjurasset, ne sibi no-
cerent, ipsi possent præstigias opponere, sotemque
quocunque mortis genere e medio tollere. Hæc
de nomine. Veniamus ad rei ipsius confi-
derationem.

§. III.

Magiam Judæorum, quam *Cabbalam practi-*
cam nonnullis appellare placet, artem dicere
possis, qua vi certorum nominum diætorum-
que sacrorum, res effici posse jaçtabantur mi-
rabiles ac stupendæ, & quæ naturæ vires su-
perarent. Ea nomina vel ipsius Dei, vel an-
gelorum vel dæmonum esse fingebantur, so-
numque maximam partem referebant pe-
regrinum ac horribilem, qui terrorem imperi-
tis incuteret, vel admirationem certe excita-
ret: qualia v. c. sunt כוז צפע *Cusu*, בְּמֻכָּד *Bemuchfas*, יְהָא חֹר וָהַנְּה *Jaha horad vahan hajaj*, מִטְרָזִין *Metatron*, צָרְטִיקַאֵל *Zurtekiel*, סָמָאֵל *Saphriel*, זְמָרָכָד *Zemarcad*, סָמָאֵל *Samael*, אַבְּקִיך *Abbek*, אַמְּמִינֶק *Amminek*. Ac plu-
rima quidem fabricata fuerant & concinnata
ex litteris inter se vel permutatis transpositis-
ve, vel initialibus aut finalibus integrarum
vocum. Hujusmodi jam nominum, & par-
tium quarundam ex sacris litteris, si rite ea

138 Obs. V. De Jud. Magis horumque arte,

vel recitaret, vel membranis inscripta secum circumferret homo, tanta esse prædicabatur efficacia, ut mala quævis averruncare & de-pellere, omnis generis bona mortalium gene-ri impetrare valerent. Eorum beneficio mor-bos gravissimos curari, incendia saeva extin-gui, tempestates sedari, ipsum infernalem ge-nium ex orco produci & cogi, ut furtu indi-cet, res occultas aperiat, colloquia cum da-monibus & mortuis haberi, arcana aliorum revelari, captivos e vinculis & carceribus li-berari, imo capit is damnatos suppicio, quo jamjam afficiendi sunt, eripi, hosti varia da-mna, & ipsam mortem afferri, principum gratiam amoremque feminarum conciliari, ve-norēm excitari juvarique, prolem masculam gigni, gravidis & in partu laborantibus fuc-curri, furem adigi, ut ablatum restituat, the-sauros inveniri, divitias parari, ingenium do-cile, acumen mentis singulare, memoriamque capacissimam juxta atque tenacissimam ac-quiri, homines invisibiles reddi, resque ejus generis alias effici, credulis magi persuade-bant. Idem qualiter nominibus istis uten-dum, & cui quaeque usui inserviant, accu-rate sibi cognitum esse perspectumque profi-tebantur בָּנֵי שְׁמֹת nominum domini inde ap-pellati, h. e. nominum illorum periti, eadem-que in sua quasi habentes potestate. Ac ut scientia haec arcana unquam ne interi-ret

iret, caverunt antistites ejus aliqui, conditis
libris singularibus, ex quibus duo nunc com-
memorasse sufficiat. Vnus in archivo nunc
asseratur publico Ser. Principis Onolsbacen-
sis, a nemine, absque singulari ejusdem Prin-
cipis indultu, inspiciendus. Composuerat
eum *Hirsch Fränckel*, cœtus Judaici, in illis
terris commorantis, Rabbinus, qui quod usi-
tata Magis incantamenta & ipse variis occa-
sionibus adhibuisse, & alios docuisse depre-
hensus esset, ex J Ctorum Altorfinorum alio-
rumque sententia, ad perpetuos damnatus est
carceres. p) Alterum, ante annos circiter
scriptum trecentos, & in linguam translatum
Germanicam, bibliotheca Caesarea Vindobon.
custodit. Exemplum ejus, elegantissimis
ornatum imaginibus, natus *Reverendissi-
mus* quondam vir, **G E R H A R D V S**, Ab-
bas Luccensis, Theologorum, dum viveret,
fidus in his terris fulgentissimum, ea huma-
nitate fuit, ut excerptum illud permiserit
Celeb. collegæ nostre, **Dn. C H R I S T. BREIT-
HAVPT**, qui quæ inde enotaverat benevole
nobiscum communicavit. Nec ingratum le-
ctori fore confido, si quædam ex his afferam
ineptæ superstitionis specimina. Ita si quis
invicibilis esse cupiat, jubetur is die aliquo
quatembris, hora secunda, quinta, septima
vel octava, duodecim nomina, statim com-
me-

p) V. Schudts *Jüdische merkwürdigkeiten* l. VI, c. 31, p. 197.

memoranda, simul cum angelorum, qui diei illi atque horæ præsint, ut & signorum planetarumque nominibus, membranae alicui cervinæ inscribere, atque hanc corylo includere, spe fretus certa, fore, ut si corylum istam manu tenens obambulet, a nemine possit conspicere. Nomina illa duodecim hæc sunt:

וְהַר דָּנִי חֲזֵשׁ עַמְבָּד נָנָא נָת

מְבָח פָּרִי נֶמְבָּד יְיַל הָרָח מְצָר

*Vahu dani bachash amam nana it
mebah pove jajal harach mezar.*

Vah ! quæ vocabulorum monstra. Occultatur vero illis pericopa quædam Exodi q), quæ licet, pro consueto Cabballistarum artificio, mirum in modum mutilata sit atque contorta, agnosci tamen poterit, si ex nominibus singulis litteras primas primis, tum retrolegendas secundas secundis, atque ad vocem primam reversus, ultimas jungas ultimis. Ha-bebis enim מְפָנָיהם צְרִים וּבֵין מְחֻנָּה וְהַעֲנָן וְרֹשֶׁם את הַיּוֹם לְהַר

וְסֻעַּעַר מְעֹוד הַעֲנָן מְפָנָיהם : sen sic leguntur :

וְרֹעֵם כָּחָרְרִים : וּבְכָא בֵּין מְחֻנָּה מְצָרִים וּבֵין מְחֻנָּה

q) Cap. XIV, 19, 20, 21.

מַחְנֵה יִשְׂרָאֵל וּזְרוֹעַ הַעֲנָן וּתְחַשֵּׁךְ וּזְאָרֶב אַתְּ
הַלִּילָה וְלֹא קָרְבָּ זֶה אֶל זֶה כָּל הַלִּילָה : וּתְ
מְשַׁה אֶת יָדוֹ עַל הַיָּם וּוּלְךָ יְהוָה אֶת הַיָּם
כְּרוֹעַ קָרְיוֹם עַזְתָּה כָּל הַלִּילָה וַיְשַׁם אֶת הַיָּם

לְחַרְבָּה *Et recessit columna nubis, quæ ante Isra-
elitas fuerat, stetitque a tergo eorum, atque inter
castra Aegyptiorum & castra Israelis ivit. Fuit
autem simul nubes & obscuritas, ac lumen quod
noctem illustravit; neque per totam noctem ad
alios alii accesserunt. Extendit postea Moses ma-
num, effecitque Jehovah ut recederet mare, vento
per totam eam noctem vehementer, mareque exsic-
cavit. Hujus igitur narrationis cabbalistice
laceratae, & in voces horrisonas, fictitia Dei
angelorumque nomina, transformatae, ea ven-
ditatur virtus, ut oculos aliorum, qui videre
nos poterant, obcoecent, perinde ac nubes in-
tercedens Israelitas olim Aegyptiorum visui
subtraxerit. Apparet ex hoc exemplo, qua-
nam arte fascinatores Judæi scripturarum fa-
crarum sententias ad incantamenta sua con-
torqueant, vocesque inde effingant, quæ si
audias, satis est terriculi. Ex iisdem Mosis
verbis idem auctor nomina exstruxit alia, quæ
recitanda commendat ei, qui ut scientias ar-
duas & difficiles absque magno labore capere
possit, in votis habet. Sunt vero ista:*

ההע

20 13 4 19 14 3 18 15 2 17 16 1
ההע יזל מבה הָרָר

24 9 8 23 10 7 22 11 6 21 12 5
הַקְמָה לְאָרֶב כָּלִי פָּהָל

Haha jazal mabbah hari

bakam lāu cali pahal.

Ex quibus si litteras eo , quem numeri indicant, colloces ordine, voces prodibunt ha :

הַלְלוּהָם הַלְלוּהָם לְפָנֵי מְחֻנָּה לֹא קָרְבֵּזְה עַל
הַיּוֹם וְיָוָלֵךְ לְחַרְבָּתְהָ. Contextum integrum non
opus est hic repetere. Ceterum nominum
illorum recitatione hanc Magus noster sub-
jungi vult precationem : "In nomine Adonai
"(Jehovæ) Amen. Ego N adjuro vos, sancta
nomina, ut in scientiis omnibus memet eru-
diatis, & si quæ forte difficiliores mihi vide-
antur, cerebrum mihi largiamini defæcatum,
mentem alacrem minimeque hebetem,
ut quæcunque vel audivero, vel videro, fa-
cile percipiam. Fiat hoc in nomine & ex
gratia Domini. Amen, Sela. Porro ingenii
magni & excellentis cupidio hoc artifex no-
ster dat præceptum : Testam recentem , his
inscriptam nominibus :

נְדָבָר

9810 71211 634 521
יְהָא הַוֹּד וְהַנֵּה הַרִּי

Jaha hovad vahan hajai

i. e. **יוֹחָה אֲרָנִי וְחוֹהָה**

in vino reponito generoso, ut per noctem integrum illo imbuatur. Tum summo mane, fusis ad Deum precibus, vinum istud ebibito, & tantum experieris mentis lumen, ut omnibus sis admirationi. Fac vero, nemo sit conscientius; alioquin enim laetionis periculo corpus tuum expones. Ex his igitur intelligi poterit, quanam fuerit artis magicæ apud Judæos ratio. Erit tamen, quod desiderari possit, nisi de *amuletis* eorundem specialius nonnulla præcipiamus. Nam in his conficiendis, & rite applicandis, studium Judæorum Magi & olim ponebant & hodie ponunt præciuum.

§. IV.

Amuletum igitur, illis קְמִיע kamea dictum, (ἀπὸ τῆς κέμψ ab alligando, nisi forte natum vocabulum malis confusiori pronunciatione ex Gr. Μαγεία) definiente ELIA LEVITA^{r)}, כתיבת מעתה על קלף שנשאן בצרار לרפואה Scriptura parva est in membrana, quam gestant e collo suspensam, curationis aut pro-

pe-

r) In *Tischbi* p. 205.

peritatis causa. Quæ descriptio recte se habet. Sunt enim קָמְעוֹת kameoth revera schedæ quædam membranaceæ, variis signatæ Dei, angelorum dæmonumque nominibus, ea ratione, ut supra explicatum est, fabrefactis. Addita plerumque est precatio quædam, qua orant Deum, ut ab homine, kameam gestante, mala omnia defendere & propulsare, & bona contra quaevis largiri ei velit. Ut ad oculum res pateret, in aes incidi curavi pitacium aliquod, puero appensum, quod inter plura alia, eaque prolixiora, quam ut locus hic interpretationem eorum capiat, pretio haud exiguo a Judaeo quodam Halberstadiensi redemi.



Sub-

Subjuncta est haec oratio :

יְהוָה רֹצֶן מִלְפָנֵיךְ וְחוּה אֱלֹהֵי הַצְבאות יוֹשֵׁב
 הַכּוֹרְבִּים שָׁלֵיט בְּעַלְיוֹנוֹם וּמְרַשֵּׁל בְּתַהֲתוֹנוֹם
 צָוה לְמַלְאָכִיךְ וְהַקּוֹרְשִׁים וְהַתּוֹרוֹים הַמְמוֹנוֹם
 עַל עַסְקֵי בְּנֵי אֹוֹסֵט שְׁתַשְׁמֹור וְתַצֵּל אֶת
 הַיּוֹלֵד אֶלְחָנֵן הַנְּגָלֵד מִן חֹות שְׁתַשְׁמֹר מִרְבֵּנָה
 וְאַסְכָּרָה וּמִכְלָל חֻולִּים וְאֶשׁ וּמִכְלָל כִּישׁוֹפָה וּמִכְלָל
 רֹחוֹת רֹעוֹת וּמִלְילָה וּלְילִיתָהָן וּמִכְלָל כָּהָז
 דְּלָחוֹן דְּוִיכְרֵין אֶת שְׁמַיָּהוֹן וּדְלָא וּכְרֵין אֶת
 שְׁמַיָּהוֹן וּמִכְלָל פְּחָד וּבְחָלָה וְחוֹרוֹה וּמִכְלָל פְּחָד
 יוֹם וּמִפְּחָד לְלָהָה וּמִכְלָל שִׁיטְנִים וּמִבְּהַזְוִילִים
 אֶת בְּנֵי אֹוֹסֵט וּמִכְלָל רֹחוֹת רֹעוֹת הַשּׁוֹכוֹנִים
 בְּבָתִים וּבְרוֹחּוּבוֹת וּבְמְרוֹחָצָות וּבְטִיטָה וּבְרַשֵּׁשׁ
 וּמַעֲינָה בְּרָשָׁא כְּרָכְתִּיב בֶּן פָּרָת יוֹסֵף בֶּן פָּרָת
 עַל עַין בְּנוֹת צָעַרְתָּה עַל שָׂוֵר מִן וְכָל יִצְחָק
 יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל בְּזָכוֹת שְׁמֹוֹרְתָּךְ הַקּוֹרְשִׁים
 וְהַתּוֹרוֹים יְהָא נִשְׁמָר וּנִצּוֹר אָמֵן סָלוּחָה
 Cujuſ amuleti ſi fuſci-
 pienda ſit interpretatio, obſervanda primo loco
 erunt quatuor angelorum nomina, in circuli
 exterioris ambitu expreſſa, Michael, Gabriel,
 Vriel, Raphael, qui angeli Deo a consiliis quaſi
 eſſe sanctioribus creduntur, folium ejus ſem-

Pars II.

K

per

per circumstare, ad ministeria quævis obeunda, mandataque exsequenda prompti parati que. In his Michael gratiæ, Gabriel potentia divinæ antistites prædicantur atque moderatores, Vriel omnis gloriæ atque felicitatis dispensator, Raphael sanitatis salutisque procurator. Eorum igitur invocantes vel secum circumgestantes nomina, optare se significant, ut clementia Dei & benignitate, præsidio adversus omnes hostes firmo, consummata dignitate atque prosperitate, & perfecta denique incolumente perfruantur. Porro in spatio circulorum intermedio apparent: כוֹן בְּמוֹכָס כְּחֹד Cufu bemuchas cufu, quæ voces peregrinæ, specie quadam Temuræ, scilicet permutationis litterarum Cabballisticæ, quam אַבְגָּד Abgad vocant, qua sequens alphabeti littera Ioco præcedentis ponitur, ut ב pro נ, ד pro ז & sic porro, nec non per Gematriam, qua voces, quarum litteræ eundem conficiunt numerum, invicem permuntantur, efformatae sunt ex יְהֹוָה אֱלֹהֵינוּ יְהֹוָה אֶחָד. Nam si in pro י substituas ב, ut litteram in alphabeto proximam, pro ה נ, pro ו צ, & iterum pro ג ה, enascetur כוֹן. Pari ratione ex אֱלֹהֵינוּ fit בְּמוֹכָס. Et quoniam valor litterarum arith-

4 8 5 6 10 6 7 6 20
meticus in כוֹן idem est, ac in כוֹן
videl. 39, hinc illud alterum loco vocum
istarum

istarum duarum usurpat. En igitur celebratissimam illam Mosis sententiam s) יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וָהָווָה אֶחָד Jehova Deus noster Jehova unus est, quam, ut symbolum & breve fidei suae compendium, frequentissime in ore ferunt verpi, rem Deo facturi gratissimam, ejusque favorem promerituri, submutatam in צְרוּ בַּמִּזְבֵּחַ כְּבוֹד admirationi vulgo, artis ignaro, injicienda aptius. Succedit in eodem spatio ex Ex. III, 14. אֲחֵינוּ אֲשֶׁר אֲחֵינוּ sum qui sum, vel ero qui ero: quod itidem vim habere nominis divini reputatur. Additur tandem terrifona vox צְמַרְכָּד Zemarcad, ex litteris conflata ultimis vocum in quinque primis Cap. I. Gen. versibus extremarum: t)

K 2

הארץ

s) Deut. VI, 4.

t) Primorum libri Geneseos verborum, quod efficacissima creduntur, usus in amuletis esse solet frequentissimus. Mutantur vero illa modo in hanc, modo in aliam formam, prout collibitum fuerit. Sic in

בראשית בראשית קמא, quam posideo, אלהים את השם ואת הארץ: והארץ

ויהת תבוּר ובחו ותחשך, hunc induit habitum:

38 27 6 37 28 2 36 29 4 35 30 3 34 31 2 33 32 1
ברץ ראה אהיר שות רצח תרת

44 21 12 43 22 11 42 23 10 41 24 9 40 25 8 39 26 7
באה רהו אהו אטו אבא לוה המר

48 17 16 47 18 15 46 19 14 45 20 13
ברץ רינו ממח אשש Barats raa abi תהך

הארץ רמים והוּא חישך אהָרֶד. Rudi plebe-
beulæ persuadetur, *Zemarcad* nomen esse a-
licujus genii, qui invocatus auxilium ferat
præsentissimum; sagaciores vero norunt, esse
illud tesseram fiduciæ in Deo, universi hujus
conditore, reponendæ. Denique circulus et-
iam minor scripturam complectitur, confide-
ratione diligenti non indignam. Ac primum
quidem in oculos incurrit præclara illa psaltæ
promissio, de tutela angelorum iis indulgen-
da, qui Deum revereantur: u)

כִּי מְلָאכִים לְרַק לְשָׁמָר בְּכָל דָּرְכֵיכֶם. *Angelis suis*
præcipiet de te, ut te custodiant in omnibus viis tuis. Ex hac sententia si litteras vocum sin-
gularum extremas combines, prodibunt, quæ
sequuntur, jactata duorum angelorum, eu-
stodum vigilissimorum, nomina כָּלְךָ שָׁמָר כָּלְךָ
Suhach Callach, in amuletis omnibus conspi-
cua. Adjicitur porro pro potentiae symbolo,
quam in servando puerulo Deum optant de-
monstrare, nomen divinum שָׁדָּא Schaddai, omni-
potens. Extremum locum votum occupat,
petitum ex Num. VI, 25. וַיַּחֲנֹן gratia te sua
com-

schuth jaza tarat baab rabi abhu aabb larav.
hamu jaajo mammach aschach tabach. Ex quis-
bus si veram eruere velis sententiam, seriem sequere
numerorum.

u) Petita ex Pl. XCI, II,

complectatur Deus. Subjecta his precatio talis est : "Quæsumus te, Domine Deus exercituum, habitans inter Cherubinos, potestatem exercens in superiora & inferiora, velis angelis tuis sanctis & puris , qui negotiis hominum præsunt, præcipere, ut custodiant, & ab omni malo liberent puerum hunc Elchanan, natum ex Eva : ut defendant eum, auspiciis tuis, a peste, angina, omnis generis morbis, ab igne, ab omni incantatione, ab omnibus spiritibus malis, a strige, spectrisque nocturnis aliis , cum omni eorum turma ; quorum nomina vel cognita sunt, vel incognita, & ab omni pavore, terrore & trepidatione, a pavore diurno & nocturno, ab omnibus Satanis, torrentibus homines, ab omnibus spiritibus malis, habitantibus vel in domibus, vel in plateis, vel in balneis, vel in cœno lutoque , & ab oculo invido x), & fac evenire ei , quod de Josepho scriptum est y) : *Natus Josephus ex fructifera quasi palma, ad fontem plantata, quæ surculos suos (hos enim indicat h. l. vox בְּנוֹת שׁוֹר) juxta fontem (עַל שׁוֹר)* extendit. Præstet eum Jehova,

K 3

va.

x) In mentem mihi hic venit verborum Plutarchi *Symposij*. l. V. qu. 7. p. 681. Τὸ τῶν λεγομένων Βασιλίων γένος διοντοι πρὸς τὸν Φθόνον ὠφελεῖν. Eorum, que adversus fascina amuleta dicuntur nsum prodeesse putant contra lisvorem.

y) Gen. XLIX, 21.

„va, Deus Israelis, per omnia salvum, nomi-
„minum suorum sanctorum purissimorumque
„virtute. Custoditus esto servatusque. Amen,
„Sela. ARGIEL, SARGIEL, NARGIEL:
quæ nomina sunt trium angelorum, non in-
fimæ potentia & auctoritatis. z) Tales igitur
esse solent schedulæ Judæorum magicæ,
quas hodienum omnes, qui paulo videri vo-
lunt religiosores, serico vestitus & e collo sus-
pensas, nudo in pectore, veluti clypeum ali-
quem, circumferunt, certo confisi, nominum
in illis scriptorum præsidio damna se & pericu-
la omnia arcere posse atque profligare, malos
genios expellere, negocis suis successum pros-
perum conciliare, imo ea omnia efficere, quæ
supra p. 138. indicavimus, hisque similia.

§. V.

Nescio, an aliqua cum membranis istis Ju-
daeorum facerrimis cognatio tabulis intercesser-
rit *Thraccis*, ex quibus varii generis malis re-
media querere Græci veteres consueverant.
Meminit earum EVRIPIDES: a)

n̄ḡēīō-

- z) Exempla amuletorum Jud. alia complura, cum ac-
curata corundem interpretatione, in Viri summe Ve-
ner. HERM. v. d. HARDT *Aenigmatibus Iudeo-
religiosis* a. 1705. in hac acad. publicatis, reperies.
a) In *Actæst.* v. 968.

Κεῖστον χθὲν ἀνάγνως.

Ἐνέρον χθέ τι Φάρμακον

Θείσταις ἐν σανίσι, τὰς

Οφεία κατέγεαψε

Γῆρας

Nihil necessitate potentius

*Inveni. nec ullum pharmacum adversus hanc
reperitur*

Thraciis in tabulis, quas

Orphei conscripsit

Vox.

Thracias tabulas illas appellat tragicus, quod conditæ crederentur ab *ORPHEO Thrace*, quem μαγεῦσαι δεινὸν magiæ peritum fuisse, autores quidam prohibent b). Concinnatae autem potius fuere, ut mea fert opinio, ab inferioris ætatis hominibus ex scriptis Orphei, quorum non minor fere apud Græcos auctoritas eâ erat, qua divina Mosis atque prophetarum monumenta apud gentem valebant Judaicam. Nempe suspicor, qui inter Græcos artibus operam dabant magicis, eos sententias nonnullas, ex *Theogonia*, *hymnis*, aliisque Orphei operibus c) decerptas, suoque more contortas, in tabulas retulisse, magno pretio vendendas,

K 4

iis-

b) V. Pausaniam in *Eliacis poster.* c. 20. p. 505. Scholiasten Euripidis ad *Alceft.* I. c.

c) Cel. Fabricio *Biblioth.* Gr. L. I. c. 18. 19. recensita.

iusdemque sententiis ad incantamenta sua turpiter abusos esse, haud secus ac Judæorum Magi sanctissimis virorum divinorum effatis, quæ par omnino erat reverentius ab illis haberis. Et quid? si illud Græcorum institutum ex eo tempore, quo usus horum familiarior obtigerat, in exemplum traxisse atque adoptasse dicamus Judæos, in omnem superstitionem proclives, & vanissimarum artium amore jam tum, cum in Persarum Babyloniorumque terris, patriæ exules, harrerent, misericorde captos; ita tamen, ut quod in Orphicis Græcos facere animadvertisserint, id in Mosaicis ipsi ausi sint & propheticis. Quicquid vero hujus est, satis mihi erit, si conjecturæ non absurdæ loco habeatur. Vnum hoc de amuletis Judæorum addi forsan meretur, quod illa a PLUTARCHO ΕΦέσια γεάμματα, litteræ Ephesiæ vocari videantur. Illorum enim propria olim habebatur virtus dæmoniacorum sanatio, quam litteris Ephesiis diserte Plutarchus tribuit, cum ὁ μάγος inquit, d) ταὶ δαιμονιζομένας κελέυσοι τὰ ΕΦέσια γεάμματα πρὸς ἀυτὰς καταλέγειν, καὶ ὄνομάζειν. Magi (Judæorum) a malis geniis occupatos jubent secum legere litteras Ephesiæ, & expressa in iis nomina recitare. Ecce vero tabulas illas Judæorum magicas litteras laudatus auctor Ephesiæ

ap-

d) *Symposiac.* l. VII. qu. 5. p. 706.

appellat? Eo, quia usus earundem Ephesi, in urbe illa Asiae proconsularis principe, Judaeis affluente, maxime floreret, exterique ibi pri-mum inventas crederent e). Hujusmodi litteræ, *αἱ βιβλοι*, libelli isti erant, quos compor-tatos primi ex Ephesiis Christiani igni tradi-derunt f). Antea superstitionem illi Judæo-rum omnem nondum adeo abjecerant, quin licite & cum fructu uti se posse existimarent schedulis illis. Postquam vero rectiora edocti a Paulo essent, repudiato errore, omnes abo-leverunt, quamvis pretio constantes maximo. aestimabantur enim 50000. drachmis, h. e. 6250. imperial. nostra monetæ. nec mirabitur pretii magnitudinem, qui noverit, quanto ho-dienum venire soleant. Magnæ scilicet molis est opus tale condere, & quanto id cum apparatu, quantaque cum circumspetione fieri oporteat, dici satis vix potest. Requi-ritur enim a Kameam aliquam scripturo, ut decimo ante scriptionem die conclave ali-quod mundum negocio huic perficiendo de-ligat, neminem ex illo tempore istuc introire finat, jejunium corporisque lotionem susci-piat, sæpius deinceps repetenda, suffitum fa-ciat crebrum ex roremarino, artemisia, can-nabi,

K 5

nabi,

e) Scio aliter sentire alios; sed habeo opinionis meæ rationes haud omnino infirmas, quas alias expre-mere animo destinavi.

f) Act. XIX, 19.

nabi, fœniculo, cardamomo, coriandro, hysopo, salvia, majorana aliisque herbis, ut & mastiche, musco, ligno aloes cet. accensis, pronunciatisque inter suffiendum Raphaelis, Gabrielis, Michaelis, Cherubinorum, Seraphinorum, Metatronis aliorumque angelorum nominibus : ut atramento utatur, ex vino vetere, gummi arabico, vitriolo, mastiche, croco, myrrha, musco, ambra aliisque speciebus parato ; ut calatum adhibeat, ante solis ortum, in plenilunio, ex arundine, præmissa certa quadam precatione, temperatum : ut facie scribat ad orientem conversa, vestibus induitus puris, solus & ab omnium hominum conspectu remotus, horis quidem antemeridianis dierum Mercurii, Jovis & Veneris : ut quotiescumque calatum atramento imbuit, supremi numinis gratiam & auxilium ardentissimis precibus imploret : ut litteras quam fieri potest nitidissime pingat, ostensurus scilicet suo exemplo, quanto sæpe cum conatu apparatuque nihil agant homines, quos superstitione fascinavit. De quibus singulis accurate præcipit auctor libri, quem in instructissima bibliotheca Gerhardina asservari, supra diximus.

§. VI.

Ex iis igitur, quæ hactenus differuimus, abunde patere existimo, quænam artis Ju-

dæo-

dæorum magicæ, ex illo saltem tempore, quo
Babyloniorum, Persarum Græcorumque gens
subjecta fuit imperio, indoles fuerit ac natura.
JOSEPHO g) si credimus, ipse etiam Salomo,
regum sapientissimus, artis istius peritiam ha-
buit insignem. Επωδας γαρ συνετάξατο, ἀισ
παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, καὶ τόπους ἐξορκώ-
σεων κατελειπεν, δις ἐνθάμενα τὰ δαιμόνια, ὡς
μηνέτ ἐπανελθοῦ ἐκδιώκεται. *Incantationes* enim
composuit, quibus morbi pelluntur: Et conjura-
tionum modos scriptos reliquit, quibus cedentes
demones ita fugantur, ut in posterum nunquam
reverti audeant. Sed vereor, ut fidem hæc
narratio apud sagaciores inveniat. Illud cer-
tius, quod statim addit Josephus: καὶ ἄντη
μέχετιν παρ' ἡμῖν ἡ Θεραπεία πλείστον ἴχνει.
Hoc sanationis genus nunc usque plurimum apud
nostrates valet. Nam illa quidem ætate non
rariores in Iudaorum gente magi erant, nec
minus a vulgo suspiciebantur, quam apud
nos hodie circulatores. Ac revera magi illi
circulatorum more se gerebant. Regiones
enim varias peragrantes medicinam facie-
bant, ita quidem, ut medicamentorum loco
amuleta sua adhiberent, eaque vel magno
pretio venderent, vel mercede conduci
mina

g) *Antiquit. Iud.* I, VIII. c. 2.

h) Ad hunc inorem Talmudici respiciunt in Sora f. 22, 8.

mina iis contenta ægrotantibus admiru-
rarent h), vel herbas etiam aut radices incan-
tatas applicarent. Maxime vero omnium va-
lere artem suam gloriabantur ad dæmones,
qui hominem obsedissent, ejiciendos, luna-
ticosque insanias liberandos. Quam inanem
eorum jaætationem false, ut solet, perstrin-
git **LUCIANVS** i), cuius verba nequeo mihi
temperare, quo minus afferam. Εγω γνωστός
δέως ἂν ἐρόμην σε, τί περι τάτων Φῆσ, ὅσοι τὰς
δαιμονῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δειμάτων, γάρ τα σα-
φῶς ἔχαδοντες καὶ τὰ φάσματα. Καὶ ταῦτα ἐπι-
έμε χρηστόν λέγειν, ἀλλὰ πάντες ἴσασι τὸν σύρου,
τὸν ἐκ τῆς Παλαιούντος, τὸν ἐπὶ τάτων σοφιστὴν,
ὅσγε παραλαβὼν καταπίπτοντας πρὸς τὴν σελήνην.

viii

רְתִין מְנוֹשָׁא וְלֹא רְעַמָּא *Murmurat magus,*

sed quid, ipse ignorat. Neque enim putandum,
magis omnibus cognitum fuisse, quid sibi velint, &
unde conflata sint nomina ista peregrina & horribilia,
quibus in incantationibus & adjurationibus suis ute-
bantur. Multi hæc juxta sciebant cum ignarissimis: quod
ipsum ad contentum magorum plurimum conferebat.
Alioquin enim ii, qui nominum illorum vel ipsi fabri-
catores, vel intelligentes saltem erant, in magna esse
solebant existimatione, ut hodienum sunt, habebatur
que magia illorum licita, uti contra ea magorum vulga-
rium & indoctorum illicita. Quod clarissimis verbis
docent Talmudici in *Sanhedrin* fol. 67. col. 2.

i) In *Philop.* T, Opp. II. p. m. §74.

νην, καὶ τὸ ὄφθαλμὸν διατρέφοντας, καὶ ἀφεῖ
πιμπλαμένος τὸ σώμα, ὅμως ἀνίσησι καὶ ἀποπέμ-
πει αἰρέσις ἐπὶ μιδῶν μεγάλων ἀπαλλάξας τῶν δει-
νῶν. ἐπειδὰν γὰρ ἐπισῆ νειμένοις, καὶ ἔρηται, ὅθεν
ἐσεληλύθασιν ἐις τὸ σώμα. ὁ μὲν νοσῶν ἀυτὸς
σιωπᾷ, ὁ δάιμον δὲ ἀποκρίνεται ἐλληνίζων ή Βαζ-
βαζίζων, ή ὅθεν ἀν ἀυτὸς ή, ὅπως τε καὶ ὅθεν ἐπ-
ῆλθεν ἐις τὸν ἀνθρώπον. ὁ δὲ ὄρης ἐπάγων, εἰ δὲ
μὴ πειθέτη, καὶ ἀπειλῶν ἐξελάνεται τὸν δάιμονα.
Ἔγω γ' δι' καὶ ἔιδον ἐξίοντα μέλανα καὶ καπνώδη.

Ego te libenter ergo rogaverim, quid de his respon-
deas, qui dæmoniacos liberant erroribus, adeo ma-
nifeste spectra illa carminibus ejicientes. Atque
hac me dicere non opus est, verum omnes nove-
runt, Syrus ille ex Palæstina, qui harum rerum
artifex est, quam multos mortales suscipiat, qui
ad lunam concidant, oculos distorqueant, spumaque
os oppleant: quos tamen erigit, ac sanos remittit,
magna accepta mercede diris eos malis liberans.
Etenim cum jacentibus infestet rogaveritque, unde
sint in corpus ingressi, ægrotus quidem ipse tacet:
at dæmon vero respondet, aut lingua Graeca lo-
quens, aut barbarica, aut undecunque fuerit i-
pse: Ο̄ quomodo, Ο̄ unde intravit in hominem,
Ille vero adjurans eum, ac ni paruerit, minitans
etiam expellit abigitque dæmonem. Quin ego quo-
que dæmonem quendam exēuentem vidi, nigrum
certe

certe ὁ colore fumidum. Talis sane artifex Eleazarus ille fuit, de quo hanc Josephus reliquit narrationem k): ισόριτά τινα Ελεάζαρον τῶν ὄμοφύλων, οὐεπασιανὴ παρόντος καὶ τῶν ίδιων ἀυτῆς, καὶ χιλιάρχων καὶ ἄλλων σεραπινῶν πλήθες, τὰς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένης ἀπολύοντα τάττων. Οὐ δὲ τῆς θεραπείας τρόπος τοιότος ἦν. προσφέρειν ταῖς ψυσταῖς δαιμονούμενά τὸν δακτύλιον, ἔχοντα ὑπὸ τῇ σφραγίδι ψίξαν εἰς ᾧν ὑπέδειξε Σολομῶν, ἐπειτα ἔξειλκεν οὐφέρειν μενέω διὰ τῶν μυκτήρων τὸ δαιμόνιον. καὶ πεσόντος ἐνθὺς τῇ ἀθρῷ πάτερ, μηκέτ' εἰς αὐτὸν ἐπανελθεῖν ὥρης Σολομῶνος τε μεμνημένος, καὶ τὰς ἐπωδὰς, ἃς συγέθηκε ἐκεῖνος ἐπιλέγων. βαλόμενος δὲ πεῖσαι καὶ παρασῆσαι τοῖς παρατυγχάνοσιν ὁ Ελεάζαρος, ὅτι τάυτην ἔχει ἴχυν, ἐτίθει μηδὲν ἔμπροσθεν ἡτοι ποτέριον πλῆρες ὕδατος, ἢ ποδόνιπτερον. καὶ τῷ δαιμονίῳ προσέταττεν ἔξιοντι τῇ ἀνθρῷ παῦτι ἀνατρέψαι, καὶ παραχεῖν ἐπιγνῶναι, ὅτι καταλέλοιπε τὸν ἀνθρώπον. *Vidi ex populariis meis quendam Eleazarum, coram Vespasiano* ὁ filius ejus ὁ tribunis reliquisque militibus, *ex dæmonum potestate ab iis obseffos liberantem.* Modus autem istius liberationis erat talis. Nasī dæ-

k) loco cit.

dæmoniaci admoto annulo, cuius pala una ex radicibus inclusa erat, quas indicaverat Salomon, paulo post ex naribus odorantis extrahebat dæmonem. tum homine statim collapso (dæmonem) adjurabat, ne in hunc postea reverteretur, Salomonis interim mentionem faciens; & incantationes ab eo compostas recitans. Porro volens Eleazarus illis qui aderant persuadere manifestumque facere, quod hanc vim habuerit, non longe inde colloqabat aut poculum aqua plenum aut polubrum, dæmonique imperabat, ut homine egrediens illa evvertat, atque faciat, ut spectantes intelligant, quod hominem reliquisset. Temerarium quidem foret, rem illam omnem, præsentibus tot illustribus testibus gestam, in dubium revocare. Veruntamen magna est suspicio, Eleazarum ex composito egisse cum dæmoniaco illo, aut fraude usum esse alia. Nam o timidum nimis, abjectum, & servilis ingeni dæmonem, qui annulo & radice aliqua hospitio se pelli patiatur, & mandata vani hominis statim exequatur, non veritus ignorantiam! Exempla impostorum istiusmodi alia ipsa etiam subministrat historia sacra I).

Pri-

I) Possemus hic ex Talmude quoque multa afferre magorum exempla, nisi dudum ea opera perfunctus esset Cl. Ge. El. Edzardus in *commentario ad avoda sara c. 2. p. 319. sqq.* quem exscribendum non duximus.

Primus ex his prodeat SIMON magus, quem dubium non est itidem dæmonum se jaetasse domitorem & expulsorem. Hic lucri cupidus cum spiritus sancti virtute stupendos morborum curationes peragi, atque hunc manuum impositione impetriri animadvertisset, ipse quoque cœlestis muneris appetentem se ostendit, idque argento ab apostolis redimere studuit, m) fore sperans, ut illo instrutus longe minori negocio opes sibi strueret. Neque enim dubitari debet, quin compos voti factus homo nefarius, abusurus fuisse virtute divina ad lucrum captandum, quod ex professione sua adhuc quaesiverat, sed non sine labore aliquo & itinerum molestia comparaverat. Eidem professioni septem fere addixerant Scevæ filii, qui exorcistæ dicuntur n) eō, quia dæmonas adjurare solerent per certa quædam Dei angelorumque nomina, ut e corporibus emigrarent, dicentes v. c. adjuramus te, malignum spiritum, per Cufu bemuchsas Cufu & per Zemarcad, ut ab homine, quem possides, discedas. Cum vero aliquando consuetorum nominum loco, Jesu nomen adhibuissent (hujus nimirum vim & efficaciam admirabilem ex apostolorum usu cognoverant) pessime illos a dæmoniaco quodam

m) Act. VIII, 18. 19.

n) Act, XXIX, 13.

dam haberi contigit. Porro inter magos Ju-
dæorum, Apostolorum atate claros, locus et-
iam debetur Bar Jesu illi, quem & ELYMAM
vocatum fuisse Lucas confirmat o) : de quo
nomine, diversimode adhuc exposito, pauca
nunc placet addere.

§. VII.

Narratio Lucæ de homine pessimo hujus-
modi est : Cum Paphum, urbem Cypri insu-
læ clarissimam, venissent Paulus & Barnabas,
repererunt ibi τινὰ μάγον ψευδοπροφήτην Ιεδαῖ-
ον, ὃνομα Βαριμᾶς, magum aliquem pseudopro-
phetam, cui nomen Barjesus. Hic Sergio cum
Paulo, insulæ proconsule, multum versabatur,
eo procul dubio annitens, ut ad ritum Judai-
cum eum perduceret. Qua in re cum Pau-
lum & Barnabam, quos ad se vocaverat Ser-
gius, vir prudentissimus, ut ex ipsis sanctissi-
ma disciplinæ Christianæ præcepta cognosce-
ret, magno sibi impedimento fore intellige-
ret, vehementer illis obstitit. Αὐτοῖς
Ελύμας ὁ Μάγος (ὅτω γάρ μεθεμνένεται τὸ ὄ-
νομα αὐτῷ) ζητῶν διασηψαί τὸν αὐθύπατον ἀπὸ⁷
τῆς πίστεως. Resistebat illis ELYMAS magus
(sic enim exponitur nomen ejus) studens avertere
proconsulem a fide, alienare animum ejus a do-

Pars II.

L

Etri-

o) Act. XIII, 6. sq.

Etrina christiana. Est in his duplex primum character iste observandus, quo virum insignit Lucas, *magi* scil. & *pseudoprophetæ*: quorum ille quid notet, abunde ut opinor explicatum est, hic vero doctorem indicat *pravum*, qui dogmata tradat falsa, nil nisi commenta & ineptias commendans Judaicas. Porro proprium viro nomen *Barjesu* erat. Hoc si de voce ad vocem interpreteris, *filium* designat *servatoris*, quod usu loquendi Judaico idem est, ac si *servatorem* dicas. Iterum vero nominaturus hominem historicus sacer, Elymæ appellationem adhibet, sic subjiciens nomen ejus exponi. Indiget autem expositio hæc expositione alia, quam multiplicem nobis dñe interpretes. Qui inter meliores numerantur vocem judicarunt ex lingua petitam Arabica, & ad *Magi* vocabulum declarandum pertinentem. Nempe **علیم** *alim*, ab *Elyma* non admodum dissonans, hominem Arabes vocant *scientem*, *doctum* & *sapientem*, qui apud Persas aliasque orientis populos *Magus* audiit. Obstat vero huic sententiæ, quod lectori attento cuivis facile apparet, minime Lucam id egisse, ut quid magi appellatione significetur exponeret, quippe quam in Simonis historia absque interpretatione jam dimiserat. Cur, quæso, ille si huic voci, Judæis, Græcis & Romanis usu tritissimæ, interpretandæ studeret, vocabulum attulisset tale, quod vix cuiquam,

præ-

præter solos Arabes , cognitum esse poterat ?
Quam inde lucem habituri erant lectores ple-
riique, litterarum Arabicarum ignari ? Itaque
proprium potius Barjesu nomen per illud *E-
lymæ* explicatum dare Lucas voluit. Scilicet
hic scriptoris divini mos est, ut nomina viro-
rum propria , præsertim cum officio, indoli
moribusque eorum respondere videntur, per
appellativa reddat. Sic quando v. c. Barnabæ
meminit, p) statim monet, indicari istoc no-
mine *υιόν παραλίσεως*, filium consolationis vel
exhortationis, h. e. consolatorem, exhortato-
rem. Compositum nimirum Barnabæ no-
men ex בָּר bar, filius & נָבִי nabhi, propheta,
vel נְבוֹהָה nebhu, prophetia, munus propheticum ,
cujus non postrema pars est consola-
tio in rebus adversis , & ad virtutis studium
cohortatio. Idem ille ut in aliis, ita in Bar-
jesu quoque nomine præstítit, nisi quod voce
hic in interpretatione usus est barbarica , si
Græcorum loqui velimus more , alibi vero
Græcis. Ac reēte quidem illam **L V D O V I-**
C V M de **D I E V** ad dialectum retulisse arbit-
tror Syriacam vel Syro-Chaldaicam , Judæis
in Syria & Palæstina viventibus tunc fami-
liarem ; crediderim tamen potius , esse eam
ipsum Chald. **אַלִימָן** allim, vel per **עַלִימָן**
עַלִימָן, alim, alima fortis robustus, quam

L 2

תְּלִימָן

p) Act. IV, 36.

אַלְמִינָה Chalima, fanus, in columnis, quod philologo placet modo laudato. Vocis עֲלֵי, quam crassum Syrorum os עַלְמָה aluma fortassis extulit, usus apud Chaldæos & Rabbinos frequentissimus est. Ita paraphrastes Chaldaeus, qui Jonathan esse creditur, Hebraicum illud : רָם מֶלֶךְ יַעֲמֵד : natio una fortior erit altera q) exposuit : regnum unum fortius erit altero. Et in psalmorum libro r) עֲרֵצִים בְּקֹשׁ נֶפֶשׁ violenti inhiant vitæ meæ, עַלְמִין תְּכֻנָּה נֶפֶשׁ Apud Rabbinos tritum est proverbium : כָּל דָּאִים גָּבָר Quicunque fortior est, prævaleret. s) Ut vero, quomodo vox fortem sonans ad nomen Barjesu quadret, intelligi queat, observandum, in nominibus virorum propriis interpretandis hanc saepius a scriptoribus Judaicis, & ipsis etiam sacris N. T. servari rationem, ut non tam appellativa adhibeant talia, quæ vim nominum propriam, secundum notationem ipsorum, exprimant, quam quæ affectionem, officium moresque significant, personis illis, si nominibus suis respondere velint, convenientes. Sic quia prophetæ munus præcipuum

q) Gen. XXV, 23.

r) Pf. LIV, 5.

s) V. Eliam Levitam in *Tischbi* p. 13. Jo. Buxtorfum in *Lexico Chald., Talm., Rab.* p. 101.

puum est hortari & consolari , hinc Barnabæ nomen Lucas filium interpretatus est exhortationis vel consolationis. Similiter, ut exempla alia, ne longior videar, nunc prætermittam, quia servatorem, si talem quis reipsa se præstare velit, nervis, viribus, robore atque fortitudine instructum esse oportet , Barjesu nomen, vi originis ususque sui *heroem* denotans vel *servatorem*, explicari commode posse visum est per vocem, quæ *fortem* significaret ac *robustum*. Vnum illud addo, non videri Lucam primum ejus interpretationis auctorem (is enim, pro more suo, Græce potius nomen reddidisset), sed Judæos, dialecto Chaldaico-Syriaca utentes, Magi istius populares, qui cum casu quodam homo aliquis, in quo medicinæ suæ experimentum ille fecerat, sanitatem recuperasset, eventum hunc non naturæ, vires resumenti, sed arti impostoris tribuentes, virum, pro nominis omne, prædicaverint fortē, שָׁרֵךְ, qui virtute sua præstabili dæmonas morbosque vincere valeat ac propulsare. Istam igitur ominosam nominis expositionem, a tribulibus magnisque magi æstimatoribus pridem factam usuque receptam retinet Lucas, ac fortasse per ludibrium memorat, ut rideret hominem irrisione dignissimum, qui servatoris fortisque nomen præferat , sed nihil minus quam salutem miseris

præstet , nec forte sese præbeat ulla in re , nisi forte in eo , quod veritatem cœlestem magno , sed irrito conatu , sibi sumat oppugnandam .

OBSERVATIO VI.
DE
LYCHNO LVCENTE IN
LOCO OBSCVRO, ET DE PRO-
PHETIA NON NATVRALI.

AD

2. PETR. I, 19. 20. 21.

§. I.

Virtutem , gloriam , summamque Christi majestatem demonstraturus Petrus apostolus , ad vocem illam provocat cœlestem , quæ , cum baptismo inauguretur Christus , ab ingenti hominum turba , ac postea quoque in monte sacro , h. e. Panio , juxta Cæsaream Philippi sito , a discipulorum triga , Petro , Jacobo & Johanne fuerit exaudita : *Hic est filius meus dilectus , quo ego magnopere delector.* Metuens vero , ne hostes veritatis divinæ , Judæi , illud præsertim discipulorum Christi testimonium suspectum habeant , tanquam a viris profectum partium studio ductis , aliud mox affert , idque omni exceptione majus apud

apud Judæos futurum , prophetarum puta
sanctissimorum , qui passim in monumentis
suis idem prorsus de Christo testificati sint,
eum scilicet Dei esse filium. *Habemus*, in-
quit, firmiores sermones propheticum, q. d. Si
nostra fortassis auctoritas ad testimonium de
dignitate & divinitate Christi perhibendum
Judæis pervicacibus non sufficit, amplior in
promptu est & illustrior, videlicet vatum divino-
rum , qui quicquid locuti sunt , vel litteris
mandarunt, spiritus sancti instinctu protule-
runt scripseruntque : ut ita fides illis ab ho-
minibus æquis & rationem secum putantibus
derogari nullo modo possit. Ut vero quan-
tus prophetas inter & Christi legatos sit con-
sensus omnibus appareret , diligentem com-
mendat scriptorum propheticorum , eorum
cum primis, quæ de Christo agant, lectionem
assiduamque meditationem. Addit enim :

ῳ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ Φαίνοντες
ἐν αὐχμηῷ τόπῳ, ἐώς ἡ ἡμέρα διαυγάσῃ, ναὶ
Φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς παρθέναις ύμῶν. Cui
(sermoni propheticō) bene facitis si attendatis,
tanquam lycno luenti in caliginoso loco , donec
dies illucescat , *¶ lucifer oriatur in cordibus ve-
stris.* His ego verbis alludi opinor ad lych-
nuchum , sive candelabrum illud aureum ,
quod sanctum tabernaculi templique spati-
um olim illuminavit : quod latius exponi

fortasse merebitur, cum, quod ego quidem sciam, interpretum nemini sit observatum.

§. II.

Structuram tabernaculi consideranti, facile apparebit, nec partem ejus sanctam, nec penetrale, quod vocatur, solis lumini fuisse pervium. Nam neque per parietes penetrare illud poterat, neque per tectum, cum hoc quidem ex velis, five tapetibus constaret quatuor, iisque firmis ac solidis, uno byssino, qui insimus erat, altero ex pilis textu caprinis, tertio & quarto, eoque supremo, ex coniunctis rubri hysginique coloris pellibus. qua de causa nec pluviae nec solis radiis per illud patet transitus. Parietes item, ex ascribus structi crassioribus, auroque obductis, nec aperturis distincti, & tapetibus præterea modo commemoratis, fere ad terram usque dependentibus tecti, lucem diurnam nullam ad conclavia sacra transmittebant. Hæc igitur prorsus caliginosa erant. Eadem ædis sacræ in templo Salomonico, ac fortassis etiam in Serubabelico & Herodiano, fuit ratio. Ex verbis quidem : a) יְהוָה לְבֹית חַלּוֹן שִׁקְפִים אֶתְמִים quæ Vulgatus vertit : *fecit in templo fenestras obliquas*, Clericus ædi fecit fenestras, unde

a) I. Reg. VI, 4.

unde prospicere liceret, & quæ claudi possent, ex his, inquam, verbis videri quidem poterat, templum primum fenestrarum fuisse instruētum. Verum esto, vocem חלוניים, foramina proprie denotantem, per quæ luci aerique liber patet transitus, fenestras hic significare, patentes tamen aut pellucidas non intelligi, additæ voces אטמים קבש manifestum faciunt. Hæ enim, sicuti recte judicat Relandus, b) prospiciendi usum fenestrarum quidem referentes speciem, at minime pervias sed clausas: quales in parietibus cavitates vernacula nostra architecti *fensterblinden* appellare solent. Itaque ædes etiam sacra templi, lumen solare nullum recipiens, tota intus tenebris oppleta fuit. Quæ loci conditio, uti optime rursus monet Relandus, & majestati numinis, quod in tenebris se habitaturum dixerat, & œconomia illorum temporum apprime convenit. Plerisque olim gentibus persuasum fuit, locis Deum tenebricosis maxime delectari, caliginemque per se arcani quid habere atque venerandi, & ad horrorem quendam sanctum intrantibus incutiendum vel cum primis esse idoneam. Quo circa fauna pleraque, aut horum saltem penetralia,

L 5

luce

b) In antiquitat. S. Ver, Hebr. p. I. c. 7. §. 10.

luce diurna prorsus caruere. Ipsum famigeratissimum Atheniensium *Parthenon*, five Minervæ templum, quo nihil Græcia antiqua illustrius habuit, soli non patuit. Testatur hoc *αὐτόπτης* (quippe hodienum nobile illud antiquitatis monumentum supereft, Turcisque Moscheæ usum præstat) J A C. S P O N I V S, qui de templo illo inter alia sic scribit : c) "Il faut que je vous avoüe qu' étant entré dans la Mosquée, je ne fus pas étonné comme d' autres, de son obscurité, quoi-que j' observasse que toute la lumière qu' elle reçoit vient du fond que les Chrétiensavoient ouvert en faisant le choeur : & qu' ainsi du tems des Payens ce temple n' avoit aucun jour que celui qu' il pouvoit recevoir par la porte, & qui s' affoiblisoit en venant dans le pronaos, qui ne recevoit aussi de clarté que par le premier portail. Je ne voulus point critiquer le dessein de l' Architeète Jetinus, qui l' avoit bati ; j' aurois même été plus surpris d' y voir des fenêtres, qu' il est bien plus difficile de trouver dans les Temples anciens. Mais est il possible qu' ils fissent leurs Temples sans jour ? Oùy sans doute, & en voici d' autres exemples. Le Pantheon de Rome n' a qu' un trou rond au dessus du dôme, par ou le jour entre,

c) Dans ses *Voyages* T. II. p. 88. édit. Hag. 1724.

tre, & apparemment c' est lorsque les Chrê-
tiens l' ont reduit en Eglise , qu' il a été
fait. Dans la même Ville il y a deux petits
Temples tout entiers , qui sont proche de
Santa Maria in Cosmedin ; l' un est quarré
long, & fert d' Eglise aux Armeniens , & l'
autre est rond , tous les deux ne recevant
de jour que par la porte. Nous avons aussi
remarqué en parlant de Spalatro , qu' il y a
deux Temples entiers , l' un oëtogone , & l'
autre quarré , qui n' ont de même de la lu-
mière que par la porte. Et sans aller plus
loin qu' à Athenes , il y a le Temple de The-
sée qui ne reçoit de jour que par deux ou
trois trous , que les Grecs y ont fait dans la
voute sans aucune symmetrie , lorsqu' ils s'
en sont voulu servir d' Eglise , & l' on recon-
noit bien que du tems des Anciens il n' y
en pouvoit venir que par le seul portail.
Et la Tour ou le Temple des Vents n' en a
jamais eu que par les deux portes , qui y
paroissent. Remarquez aussi ce que je vous
diray bien-tot du Temple de la Fortune ,
dont Pline fait mention : car il ne parle que
des portes. Je pourrois en apporter d'
tres preuves que je passe sous silence pour
ne me pas rendre eunuyeux. Ils s' imagi-
noient sans doute que l' obscurité avoit
quelque chose de plus majestueux , & qui
imprimoit plus de respect à ceux qui en-
troient

"troient dans ces Temples. Cest apparem-
"ment de la qu' est venu l' usage des lampes
"dans les lieux sacrez. Et c' est peut être la
"raison que le dedans du Temple de Miner-
"ve ni de Thesée , n' étoit pas orné de bas
"reliefs comme le dehors , puis qu' ils y eus-
"sent été inutiles, n' étant pas éclairez : com-
"me l' a judicieusement remarqué M. Galand
"Antiquaire du Roy , qui les a vus dans son
"voyage du Levant , & qui ne s' est pas é-
"loigné de ma pensée. Ce n' est pas que je
"voulusse assurer que tous les Temples des
"Payens fussent de même, ils pouvoient avoir
"des raisons de les bâtir de différentes manie-
"res , & peut-être qu' il y avoit certains Di-
"eux à qui ils les faisoient mieux éclairez
"qu' a d' autres ; comme ceux d' Apollon.
Quod sane testimonium egregie ea , quæ de
templorum obscuritate observavimus illustrat
& confirmat. Prorsus consentanea sunt , quæ
W H E L E R V S , ejusdem itineris socius , de eo-
dem templo refert d) , nisi quod aliam etiam
hic affert obscuritatis rationem , propter quam
verba ejus commemoranda duximus : "Du
"Pronaos nous entrâmes dans le Temple , par
"une longue porte qui est au milieu du Por-
"tail , & nous ne fûmes par si surpris que Mr.
"de la Guilletiere , de l' obscurité qui y regne ,
"à

d) *Voyage de Dalmatie de Grece , & du Levant T,*
II. p. 135.

"à cause des Observations que nous avions
"faites sur d' autres Temples Payens, comme
"je l' ay remarqué en parlant de Spalatro.
"On pourroit donner diverses raisons de ce
"que les Payens aimoient l' obscurité dans
"leurs devotions & dans leur service : ils s'
"imaginoient sur tout que l' obscurité avoit
"quelque chose de plus majestueux , & qui
"imprimoit plus de respect a ceux qui en-
"troient dans ces Temples , outre que cela
"servoit a couvrir leurs supercheries. Lors
"que les Chrétiens confacrerent ce Temple
"au service du vray Dieu, ils firent une ouver-
"ture vers l' Orient pour laisser entrer la lu-
"mire , & il n' y en a point encore d' autre
"a present. Ab ista igitur communi fere
gentium consuetudine templis lumen solare
subtrahendi , Israelitas , tabernaculum tem-
plumque exstructuros, revocare & abstrahere
consultum numini sapientissimo visum non
fuit , præsertim cum conjuncta cum illa op-
nio plurimum facere videretur, ad veneratio-
nem erga loca illa sacra majestate inque in
illis habitantem, alendam, fôvendam augen-
damque. Ut vero de templi Hierosolymitani
tenebris omnis cesset dubitatio, similitudo ex-
pendenda erit, quæ cum tabernaculo Mosai-
co eidem intercessit. Hoc enim idea five spe-
cies habebatur , ad quam templi structuram
eporteret exigi. Curatum igitur fuit, ut pars
tem-

templi secretior solis radiis non magis illuminaretur, quam tabernaculum. Quod cum ita sit, optimo sane jure sanctum templi TONON Petrus vocare potuit A T X M H P O N. Αυχμηγὸν quidem siccum proprie est & squalidum; quoniam vero loca squalida, v. c. carceres subterranei, caliginosa simuli esse solent, hinc αὐχμηγὸς τόπος locus quoque dictus fuit obscurus & tenebrosus. SVIDAS: e) Αυχμηγὸν συγνὸν ἡ σκοτεινόν. Αυχμηγὸν illud dicitur, quod triste est, vel obscurum.

§. III.

Vt tamen omni prorsus lumine ne careret sanctum, candelabrum in eo collocatum fuerat aureum, septem lucernis instructum: quod operiosius nunc describere instituerem, nisi tum alii, tum RELANDVS præsertim, vir in hoc studiorum genere longe exercitissimus, otium mihi fecisset. Is enim in spoliis, quæ vocavit, templi Hierosolymitani candelabri istius imaginem, accurate & nitide ex arcu Titi Imperatoris triumphali, qui nunc etiam Romæ visitur, expressam lectorum oculis subjecit, atque omnium eruditissime illustravit. Illud igitur candelabrum accensum tenebras facile dispulit. Vtrum vero lychni ejus

e) In Lexico T. I. p. 390.

ejus universi interdiu æque ac noctu, an per diem aliqui tantum, imo an ulli arserint, de eo disputari solet. PHILo Judæus usum diurnum omnem candelabro adimere videtur his verbis : f) πάλιν ἀφ' ἐσπέρας ἔως περὶ προστάττεται κάισθαι λύχνους ἐπὶ τῆς ιερᾶς λυχνίας, ἕισω τῷ καταπετάσματος, πολλῶν χάριν. ἔνος μὲν, ἵνα ἐν διαδοχῆς τῷ μεθημερινῷ Φωτὸς καταλάμπηται τὰ ἄγια, γινόμενος αἱ σκότους απετοχα, καὶ ὁμοίοτητα ἀπέσεων. Amplius præcipitur, ut a vespere mane usque lumina intra velum in sacro candelabro luceant, multis de causis. Una, ut diurnæ luci succedant illustratura sacrarum, expers semper tenebrarum ad stellarum similitudinem. Quibus respexisse Philonem manifestum est ad Exod. XXVII, 20. sed & duplicem errorem errasse itidem clarum. Primum enim candelabrum intra velum (illud puta, quod sanctum sejungebat ab adyto, Hebr. פְּרַכְתָּה, Gr. καταπέτασμα dictum) collocat, quod extra hoc, מִחוֹץ לְפֶרְכָּתָה, statui Deus juserat, nisi forte illud ἕισω apud Philonem librarii errore positum pro ἔξω. Deinde lucem diurnam tabernaculo tribuit, cuius tamen illud prorsus expers fuisse antea docuimus. Cum Philone recentiorum quoque aliqui faciunt, & in his SAL. GLASSIUS. g) Ac favere qui-

f) In libro *de victimis offerentibus* p. m. 659.

g) In *Grammat. sacra I. III. tract. V. can. 6*

quidem illis videtur, quod Aharon accedere lucernas dicitur h) בֵּין הַעֲרָבִים inter duas vespertas, sed de lucernis candelabri omnibus intelligi id oportere, ostendendum prius erat. Malim ego JOSEPHO ad stipulari, qui interdiu tres, noctu vero lychnos candelabri singulos sanctum illuminasse testatur. i) Δις, inquit, τῆς ἡμέρας πέντε αὐγαζεῖν τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς δυσμᾶς Θυμιάν ἔχειν. ἔλαιον τε ἀγνίσαντας Φυλάσσειν εἰς τὰς λύχνους. ὃν τὰς μὲν τρεῖς ἐπὶ τῇ ιερᾷ λυχνίᾳ Φέγγειν ἔδει τῷ Θεῷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν. Τοὺς δὲ λοιπὰς περὶ τὴν ἑσπέραν ἄποντας. Oportebat bis per diem suffitum fieri, ante ortum ☉ circa occasum solis: ☉ oleum purificatum ad lucernas servari, quarum tres k) in sacro candelabro per totum diem Deo lucebant, reliqua sub vesperam accendebantur. Neque vero objici hic potest, Josephum res ad tabernaculum

h) Exod. XXX, 8.

i) Antiquit. Jud. III, c. 8. p. 161. edit. Haverc.

k) Observat ad hæc Relandus in edit. Josephi modo laudata, in Siphra, antiquissimo in Leviticum commentario, ☉ in Talmude plus uno loco tradi noctu septem lychnos arsisse, interdiu unum, e quo videlicet accendebantur circa vesperam reliqui sex lychns. Nec meminisse se ullum legere scriptorem Judaeum, qui tres interdiu lychnos arsisse affirmet. Sed in hujusmodi rebus plus apud me valet Josephi, quam Talmudicorum auctoritas.

Ium spectantes, sacrisque litteris non commemoratas tradentem, nullam mereri fidem. Tametsi enim has ille non magis cognitas habere potuerit, quam scriptores alii, iisque vel aequales, vel recentiores; debemus tamen istud nobiscum reputare, quod tabernaculi ritus quosdam ex illis metiri Josephus soleat, qui ipsius aetate in templo exercebantur, quosque, sacerdos cum esset, ignorare minime poterat. Quam rationem, quamvis improbaturi forte nonnulli fint, non repudian-
dam tamen judicabit, qui meminerit, Judaeorum gentem in id omni cura incubuisse, ut cultus templi cultui tabernaculi esset quam si-
millimus. Nec credibile sane est, passuros Judaeos fuisse, ut per totum diem tenebris immersum conclave sanctum esset, tum quod lucem illud certis diebus I) omnino requireret, tum quod lucernae accensae ad sacrorum quoque diurnorum decus pertinere censerentur. Atque hoc ut maximum esset, candelabra Salomo rex in templo collocavit decem m), quae festis potissimum, ut videtur, diebus

Pars II.

M

uni-

-
- I) V. c. die expiationi anniversariæ sacro, quo sanctum aliquoties transeundum erat pontifici maximo, adytum ingressuro, nec sine negociis: festis item solennioribus, quibus sacerdotibus omnibus fas erat sanctum intrare & contemplari, majestatique adytum incolenti suam testari reverentiam.
m) 2. Chron. IV, 7. In posteriori templo non nisi unum fuit.

universa accenderentur. Is enim Judæis mos erat, ut solennitates anniversarias lucernarum plurimarum luminibus interdiu quoque decorarent: quæ consuetudo hodienum ab illis religiose servatur n). Nunquam igitur candelabrum templi omni ex parte extinctum fuit, sed, quod ad lychnos ejus tres, vel, si cum Talmudicis sentire velis, unum attinet, perpetuo arsit. Ut adeo neque hac in parte gentibus Judæi concederint aliis, quibus lucernas in fanis & delubris suis perpetuas aere solenne erat. De Atheniensibus id testantur STRABO & PAVSANIAS, quorum ille o) τὸ δ' ἄσυ, inquit, αὐτὸ πέτρα ἐσὶν ἐν πεδίῳ περιοικωμένῃ κύκλῳ. Επὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Αθηνᾶς ιερὸν, δ', τε αἰχάλος νεας ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἀσβετος λύχνος. Aſtu saxum est in planicie, circumquaque domiciliis circumdata: in eo Saxo est templum Minervæ, Ο vetustæ Poliadis aedes, in qua semper ardens lucerna. PAVSANIAS p): λύχνον δὲ τῇ Θεῷ χρυσῷν Καλλίμαχος ἐπόπτεν. Εμπλήσαντες δὲ ἐλάιος τὸν λύχνον, τὴν αὐτὴν τῷ μέλλοντος ἔτους ἐπιμένεσσιν ἡμέραν. ἐλαιον δὲ ἐκεῖνο τὸν μεταξὺ ἐπαρκεῖ χρόνον τῷ λύχνῳ, καὶ

n) v. Campeg. Vitrina Synagog. Vet. l. I. p. I. c. 9.

o) Geograph. l. IX. p. 396.

p) In Atticis c. 26.

καὶ κατὰ τὰ ἀντὰ ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ Φάινοντι.
καὶ ὁ λίνος Καρπασίας Θρηναλλίς ἔνεστι, ὁ δὲ πυρὶ^{*}
λίνον μένον ὥκτην ἔνεστιν αἰλώσιμον. *Lucernam ex auro*
Deae Callimachus fecit, in quam oleum infusum
non consumitur, nisi exācto demum anno: quum
tamen lucerna dies noctesque ardeat. Id ideo
evenit, quod lucernæ ineft e lino Carpasio funicu-
lus, quod sane linum unum ex omnibus igni non
conficitur. Nec unquam commiserunt Atheni-
enses ut lucerna hæc extingueretur, nisi cum
Sylla urbem ipsorum arcta obsidione cinctam
teneret. Tunc enim Aristion tyrannus, im-
perium in urbe exercens, τὸν μὲν ιερὸν τῆς θεᾶς
λύχνον ἀπεσθητότα διὰ σπάνιν ἐλάσις περιεῖδε
sacram lucernam extinguiri olei penuria permisit,
verba sunt PLVTARCHI q.). Idem auctor
Jovem quoque Ammonium apud Aegyptios
suum habuisse tradit λύχνον ἀσθετον, lycnum
perpetuo ardente, in quo illud fuerit admiran-
dum, quod quovis anno posteriori minus olei
absumferit, quam præcedenti. Ceterum nunc
etiam in synagogis Judæorum aliquibus lu-
cerna quædam continenter ardens, נר תמיד,
lucis perpetuæ, quam candelabrum taberna-
culi templique olim fudit, indicium est &
vestigium.

M 2

S. IV.

q) In vita Sylla p. 460.

§. IV.

Ex his igitur cum appareat, tum obscuritatem tum lucernam recte posse parti templi sacratori tribui, illud nunc restat, ut Petrum ad hanc potius, quam ad locum obscurum alium respexisse ostendamus. Atque hoc quidem præstitisse forsan videbimus, ubi λυχνία voce non tam lucernam aliquam vulgarem, quam candelabrum templi sæpius memoratum, apostolum designasse docuerimus. Sponte enim hinc consequetur per ἀντιτίθεντος τόπον non locum obscurum quemvis, sed sacrum illum oportere intelligi. Primum igitur generatim observari decet, solemne hoc novi fæderis scriptoribus esse, ut ad loca, personas resque Judæorum sacras quavis oblata occasione alludant, & cum comparationem rerum spiritualium cum vasis instituunt, quæ non solum in ædibus privatis, verum etiam in templo reperta fuere, majoris dignitatis causa ad supellecibilem potius sacram quam ad profanam oculos intendant. Deinde candelabrum templi elegantissimam semper legis oraculorumque divinorum, a Mose & prophetis traditorum, scriptoribus Judaicis præbuisse imaginem. Proverbiorum auctor r): נִצְחָה מִצְרָה וַתּוֹרָה אֱלֹהִים Praeceptum Dei lucerna est, lex lucis instar. Quibus verbis, præstabilem legis divinæ

r) Cap. VI, 23.

vinæ utilitatem , felicitatemque ex præceptis
Dei accurate observatis in homines redundantem commendantibus , ad lychnuchum
templi (qui diserte נְרָא לְהֹזֶב , ὁ λύχνος τὸ²⁸
τεῦ vocatur i. Sam. III, 3.) lucemque inde
sparsam alludi , interpres tam alii mo-
nuere. Vniverse quidem lucernæ accensæ
quævis omnis prosperitatis symbolum erant,
in primis tamen sacræ , sive eæ , quarum in
templo usus erat. Documento sunt lampa-
des illæ numerosæ , quæ tabernaculorum fe-
sto templum , atque adeo urbem universam
illuminabant, de quibus nos alias. s). Porro
ad idem candelabrum sacrum psalmi CXIX.
auctor collineat , cum verbum Dei lucernam
prædicat lucemque suam. t) נֶרְגֵלִי דְבָרֶךָ וְאַוְרָה נְתִיבָתִי Verbum tuum pedi meo lucerna
est , ¶ lux semita meæ. Et apocalypses scri-
ptor, u) septem ecclesiæ Asiaticas effigiatus,
eleganter illas sub imagine septem lych-
norum ejusdem candelabri repræsentat. Sæ-
pius etiam ibi, ubi pauci quærant , ad lych-
nuchum istum allusio latet , ut in his Esaïæ:
קְנָה רְצֹעַ לֹא יִשְׁכַּר וְפִשְׁתָּה כְּחֹחַ לֹא יִכְבַּנֵּה
Calamum quassatum non franget , ¶ linum fumi-
gans

M 3

gans

s) Observat. philol. p. I. observ. II. p. 25.

t) Versu 105.

u) Apoc. I, 12, 20.

gans non extinguet. Quæ optime meo judicio ſic interpretatus eſt Cel. MAJVS x), ut rationem a prophetā habitam dixerit rami cu-jusdam y) & ellychnii in illo candelabro. Ad eundem morem Petrus prophetarum de Christo prædictiones cum pretioſo illo & grandioris ſtaturæ lychno comparat, qui lumine ſuo conclavis sancti caliginem tolleret. Illæ ſcilicet vera animorum, quos iſpos etiam ſedem Deo, æque ac templum præbere Paulus monet, z) erant lumina, tenebras ignorantia vel dubitationis de religione christiana & de persona Mefſia depellentia.

§. V.

Quæ ſequuntur verba: ἔως ὃ ἡμέρα διαυγάτη, καὶ Φωτόος αὐτειλη ἐν ταῖς ναεδίαις υμῶν, donec dies illucescat ὁ lucifer oriatur in cordibus uestris, itidem lucem ex ritibus circa candelabrum templi obſervatis accipiunt. Nempe moris erat, ut quovis mane ante ſolis ortum ſacerdotum aliquis in locum quendam templi editum, ac fortassis in pronoan, ſive partem

x) *Obſervat. ſaer. I. II. p. 24.*y) De ramis candelabri vocem נֶרֶב, quæ *calamum* proprie notat, usurpat Moses Ex. XXV, 31, ſq.z) 1. Cor. III, 16. *An ignoratis, quod templum Dei ſi-
tis, spiritusque sanctus habitet in vobis, animos
vestros poffideat.* Cf. 1. Cor. VI, 19. 2. Cor. VI, 16.

partem ædis sacræ anteriorem, turri quadratae
haud dissimilem, ascenderet, auroræ obser-
vandæ causa, atque hac animadversa illico
exclamaret בָּרְקָאֵן barkai, illucescit a). Hac
voce audita sacerdotes ad ejus diei ministeri-
um designati functiones suas statim auspicab-
antur, principium fumentes ab ingressu in
sanctum. Duo autem huc intrabant, unus
qui altare suffitus cineribus purgaret, alter qui
lychnuchum concinnaret, hoc est partem el-
lychnii exustam instrumento quodam decer-
peret, sordesque, quæ per noctem illam in
candelabro forte extiterant, removeret, lych-
nos quatuor extingueret, tribus vero reliquis,
lumen suum per diem quoque servaturis, no-
vum oleum affunderet. Dici igitur de lych-
nucho poterat, quod luceret, donec dies illuces-
ceret, ¶ aurora prorumperet. Simili modo
prophetarum vaticinia lucebant donec sol o-
riretur, hoc est, vim quandam insignem in
eorum, qui de Christi rebus dubitarent, ani-
mis exserebant, aut exferere saltem poterant,
donec fulgentior evangelii lux omni igno-
rantiæ, erroris aut dubitationis nocti finem
imponeret.

§. VI.

Pergit apostolus: τέτο πεῶτον γινώσκοντες,
hoc primum intelligentes, animo, antequam ad
M 4 lectio-

a) v. Codicem Talmud. Tamid. c. III. §. 3.

lectionem prophetarum accedit, præcipientes, ὅτι πᾶσα προφητεία γένεται ιδίας ΕΠΙΛΥΣΕΩΣ & γίνεται, quod omnis prophetia scripturæ, quæ veteris testamenti tabulis continetur, non sit privatæ vel propriæ interpretationis. Sic vulgo vertunt, perperam tamen, cum ἐπίλυσις hoc quidem loco accessum potius indicare videatur, quam interpretationem. Si quid mea augurari possum opinione, verbis illis, quæ interpretum crucem haud immerito appellaveris, negatum Petrus ivit, prophetiam homini naturalem esse: quod ipsum aliquanto plenius nunc sumam declarandum. Res illa omnis huc redit, ut quo sensu ἐπίλυσεως vocem hic accipi conveniat, demonstremus. Επίλυσις igitur, si librariorum accusare velimus incuriam atque negligentiam, scriptum affirmari possit pro ἐπίλυσις: qui error a librario non satis attento committi facile potuit, propter figuræ litterarum H & I haud adeo dissimiles. Accedit & soni cognatio, nam η instar pronunciationis saepius a Græcis veteribus fuisse cum alia argumento sunt, tum voces hæ Latinæ vestis, figo, lira pro mugis, factæ ex Græcis εἵδης, πήγω, λῆγος. Soni vero in litteris affinitas quam frequentem librariis præbuerit errandi occasionem, ita ut pro littera una alteram

teram ponerent, nemo unus Criticorum est, qui ignoret. Sic pro *και*, *σφαιρα*, *πάνορμα*, *πεδίον*, *αὐτός*, *ἀνθέντης* in codicibus nonnullis manu exaratis scripta reperimus *νε*, *σφέρα*, *πέριοντας*, *παιδίον*, *ἀφτός*, *ἀφθέντης*. Est autem ἐπίλυσις sive ἐπέλευσις non tantum *incurso* hostilis, *impetus*, sed & *accessus* quivis, sicuti verbum ἐπέχομαι & aggredi significat ac *invadere*, & *advenire*, *accedere*, quocunque illud fiat modo & consilio. Sed quoniam ipsum ἐπίλυσις non inusitata Græcis vox est, cessare potest mendi suspicio. SUIDAS certe eam Lexico suo b) inferuit, & ἔφασον, *accessum* interpretatus est. Επίλυσιν, inquit, ἔφασον. Οὐ δέ πέμπει Ιωάννην, ὡς ἀν προφυλακῆ χειροῖσι, ναὶ προκαταράθοι τὴν ἐπίλυσιν τῶν βαρβάρων. Vox ἐπίλυσιν adventum notat in his : Ille autem Joannem misit, qui excubiis dispositis Barbarorum adventum præcognosceret. Ac tametsi post AEM. PORTVM LVD. KVSTERVS ἐπίλυ-
σιν male scriptum existimet, pro ἐπήλυσι; contrarium tamen ipsa vocum in Suida series videtur arguere. Accedit quod ἐπήλυσι Suidas antea jam memoraverat, ejusque usum

M 5

alii

b) T. I. p. 819. edit. Küster,

aliis prorsus scriptorum locis comprobaverat. Nec video, quid obstet, quo minus Græcorum aliquos ἐπήλυσιν convertisse statuamus in ἐπίλυσιν, cum inter utrumque sonum non ad eo multum distet. Aequi sane facilis hæc conversio ac illa, qua antiquorum ῥμέγαν posteriores mutarunt in ῥμέγαν, teste PLATONE c). Fac vero librarios in scribenda voce peccasse, (ipsi enim Suidæ vix tribui poterit error iste) vel hinc quod diximus confirmabitur, contingere facile potuisse, ut qui hanc Petri epistolam descripsere ἐπήλυσιν submittarent in ἐπίλυσιν. Ut cunque hæc se habeant, contextus orationis Petrinæ vocem aliquam orninno postulat, quæ accessum significet. Itaque ἐπίλυσιν ducendum potius arbitror ex ἐπέρχομαι, vel ex antiquo ἐπελένθω, quam ex ἐπιλύω solvo, interpretor. Scilicet ἐπέρχεσθαι, advenire est, accedere, in mentem venire, animum subire, ut in hoc ARISTIDIS d): ἐπέρχεσθαι μοι αποφάνειν, in mentem mihi venit ostendere. Plenior phrasis est ἐλθεῖν ἐπὶ νῦν, qua ARRIA-

NVS

c) In Cratyllo, vel de rectâ nominum ratione p. m. 188.

d) v. Henr. Stephani Thesaurum Gr. lingue, p. 1270.
ubi plura etiam exempla hujus phraseos reperies.

NVS usus est e) : ὅτις δὲ θαυμάσεται αὐτῷ
ὅτι εἰπὶ τοσοῖςδε συγγραφεῦσι καὶ ἔμοὶ ΕΠΙ ΝΟΥΝ
ΗΛΘΕΝ ἥδε ή συγγραφὴ, quisquis vero mirabi-
tur, ecquid mihi IN MENTEM VENERIT, ut
post tam multos scriptores ipse etiam ad hanc histo-
riam conscribendam me conferrem. In novo te-
stamento ἐπέχεθαι speciatim de spiritu san-
cto adhibetur hominem occupante. Sic an-
gelus Mariæ f) : Πνεῦμα ἄγιον ἐπελέυσεται ἐπὶ^{της} σε. *Spiritus sanctus superveniet in te.* Inpri-
mis vero huc pertinet, quod de discipulis
quibusdam Johannis Ephesi repertis refert
Lucas g) : καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τῷ Πάυλῳ τὰς
χεῖρας, ΗΛΘΕ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ΕΠ' αὐτοῖς,
ἐλάλην τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον. Et cum
manus illis imposuisset Paulus, VENIEBAT spi-
ritus sanctus SUPER eos & loquebantur linguis
& vaticinabantur. En vaticinandi facultatem,
ut ἐπηλύσεως sive superventus divini spiritus
effectum. Ipsi igitur spiritui sancto ἐπήλυσις
cum tribuatur in homines, cur non & vatici-
nationi, quæ una est e præcipuis dotibus,
quibus mortales idem spiritus instruit ornat-
que? Itaque προφητία ἴδιας ἐπιλύσεως proph-
etia

e) In procem. hist. de expedit. Alex. M., p. 2. edit. Gronov.

f) Luc. I, 35.

g) Act. XIX, 6.

tia mihi est accessus proprii, sive ea, quæ virtute quadam mentis humanae propria & naturali provenit & ad hominem quasi accedit, quam ingenium humanum sibi relictum gignit atque profert, quæ studio quoddam hominum comparatur. Talem igitur esse inficiatur Petrus πᾶταν προφητεῖαν γέας omnem prophetiam scripturæ h. e. vaticinia illa singula, quæ sacro codice veteris testam. (במקרא) exhibeantur. Eoque ipso simul opinionem refellit magistrorum quorundam Judæorum, qui vaticinia edendi facultatem excitari, vel juvari saltem plurimumque promoveri existimabant naturali quadam mentis animique dispositione, dexteritate & perfectione, studio item hominis & exercitatione, nec minus fortunæ muneribus, atque singula hæc ad prophetiam recipiendam prorsus judicabant necessaria: pro qua sententia acriter propugnare videoas sagacissimum R. MOSEN MAIMONIDEM h). Passim certe in veterum Judæorum monumentis hoc reperitur scitum: אֵין שׁוֹרָה וְנִבְואָה אלֵית עַל הַאֲוֹתָה חֶכְמָה גְּבוּרָה וְעַנְגָּן Non habitat prophetia, nisi super homine sapiente, potente, divite & humili. Alii sic efferunt: אֵין הַקּוֹרֵשׁ בְּרוּךְ הוּא מִשְׁרָה שְׁכִינָתוֹ אֶלְאָה עַל גְּבוּרָה וְחֶכְמָה וְעַנְגָּן Non facit habitare Deus

h) In More nevachim p. II. c. 32.

Deus sanctus benedictus majestatem suam, nisi super homine potente, divite, sapiente & humili i). Interim tamen, ut ex decretis hisce intelligi potest, in futurorum manifestatione partem faltem aliquam Deo assignarunt Hebræorum Doctores, nec eo processerunt audaciæ atque immodestiæ, quo Græcorum aliqui, qui omnem res futuras prænoscendi ac prædicendi copiam non a Deo, sed a sola mentis humanae natura proficiisci contenderunt, adeo ut innatam quoque affirmaverint. Quos inter commemorandus præcipue est AMMONIVS philosophus, cuius hac super re placita PLV-TARCHVS k) nobis servavit: quæ mirari subit, Christiani gregis hominem tuenda suscepisse atque ornanda. Fecisse enim hoc notum est PETRVM PETITVM l), medicum ac philosophum quondam apud Parisienses doctissimum clarissimumque. Longe profecto sanius poetæ quidam Græci, ritui licet superstitione addicti, senserunt, fassi quippe, vim divinandi, Deique consilia præfiscendi humana perspicacia & arte superiorem esse. SOLON:

πάντη δ' αἰθανάτων αἴφανς νόος αὐθεώποιοιν
Omnia immortalium Deorum mens obscura est
mortalibus.

HESIO-

i) v. Nedarim f. 38. col. I.

k) De orac. defectu p. 432.

l) De Sibyllis I. I. c. 8.

HESIODVS:

Μάντις δ' οὐδέποτε ἐστιν ἐπιχθονίων αὐθεώπων
ὅσις ἀν εἰδέναι Ζηνὸς νόον Αιγιόχοοι,
Non vates inter terrestres ullus habetur,
Qui Jovis Aegiferi possit cognoscere mentem m).

Idem : n)

Ἄγυαλέος δ' αὐδερεσσι κατὰ Θνητοῖσιν νοῆσαι
Difficile est mortalibus mentem Jovis deprehendere.

ANACREON o):

πόθεν ὄιδαμεν τὸ μέλλον;
Ο βίος θεοτοῖς ἀδηλος.
Unde cognoscimus futurum?
Sua cuique vita ignota est.

Quibus gemina plane est hæc Ecclesiastæ sententia p):
כ איננו יורע מוך שיזהוץ כי : נאשור יזהוץ כי גיד לו Non novit homo,
quid futurum sit ; saltim quomodo futurum sit quis indicabit ipsi ? Idem fere Petri dogma est,
cum

m) Allegat hos versus Clemens Alexandr. Stromat. I. V.
p. 610.

n) Op. Et dierum v. 484.

o) Oda XLI.

p) Cap. VIII, 7.

cum dicit, πᾶσα προφητεία γένεται ἴδιας ἐπιλύ-
σεως & γίνεται, indicans scilicet, non esse hoc
datum naturæ hominis, ut per se quæ futura
aliquando sint ut contingent prænoscat &
prænunciet, quemadmodum pristini Hebræo-
rum prophetæ, sed divinum ad id requiri in-
stinctum, lumen cœlestis. Esse vero hanc
mentem apostoli, ex eo quod subjungitur
tam clarum est, quam quod maxime. Sen-
tentiam enim modo propositam declaraturus
atque confirmaturus addit: οὐ γὰρ θελήματι
αὐθεωπεῖς ἡγέρθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ^{τοῦ}
πνεύματος ἀγίου Θεούμενοι ἐλάλησαν οἱ ἄγιοι θεοὶ^{αὐθεωποι.} Neque enim voluntate (studio) ho-
minis allata olim est prophetia, sed spiritu impulsi
sancto locuti sunt sancti Dei homines. Quibus
verbis manifestum est copiosius illud expli-
cari, quod præcisius apostolus præcedenti-
bus docuerat, videlicet prophetiam, qualiter o-
lim exercita sit a vatibus Judæorum antiquis
non esse ἴδιας ἐπιλύσεως. Totus igitur hicce
sermo eo spectat, ut dignitas prophetiæ ex-
tollatur, eoque major auctoritas concilietur
vatum divinorum de Christo testimoniis.

OBSER-

OBSERVATIO VII.

DE
PAVLO CVM BESTIIS
PVG NANTE

AD

I. COR. XV, 32.

§. I.

Circa loci hujus, quo pugnæ suæ cum bestiis mentionem facit apostolus expositionem, in duas notum est interpres abiisse partes. Quidam enim, significatui proprio verbi ἡροπαχεῖν inhærentes, Paulum bestiis propriæ dictis Ephesi objectum fuisse existimant; alii, quibus sensus arrisit translatus, sermonem Paulo esse crediderunt de contentione & pugna acri, quam cum hominibus feris, sive ferina indole præditis, in eadem urbe suscipere debuerit. Habet utraque sententia suos inter veteres quoque patronos. Priori post ORIGENEM, AMBROSIUM & THEODORETUM, NICEPHORVS favet; posteriore Hieronymus, Theophylactus & OECVMENIVS tuentur. Ac ab horum quidem partibus veritas mihi stare videtur. Sane enim, si vere bestiis objectus fuisset apostolus, ab his dilaniandus, rem adeo memora-

morabilem &, quoniam salvus evasit Paulus miraculi simul plenam silentio non præteriisset Lucas, qui cum alia ad Paulum spectantia, quorum testis ipse oculatus fuit, tum ea præsertim, quæ apud Ephesios usū illi venerunt, diligentissime commemoravit. Instituti mei non est rationes, quæ opinioni isti confirmandæ inservire possunt, cumulare, sed duo tantum proferam, quæ ad illam in maiori luce collocandam idonea esse censeo.

§. II.

Vnum est, quod solenne hoc Hebræis fuerit, ut gentiles, five homines numina colentes fictitia, bruta vocarent ferasque bestias. Sic Ægyptii בָּהֲמֹת נֶגֶב bestiæ dicuntur austri a) חַרְדָּה fera, five bestia arundinis, b) respectu habito ad crocodilum, qui in arundinetis Nili latitare solet; Babylonii Judæam vastatur fera mala c); Idumæi boves, capri & crietes d). Exempla plura in re manifesta afferre supervacaneum foret. Si quis tamen dubitet, legat & expendat caput Danielis septimum & octavum. Scilicet ut bruta ac bestiæ, sic gentes quoque, veri numinis notitia destitutæ, & simulacrorum cultui de-

Pars II.

N

ditæ,

a) Ef. XXX, 6.

b) Pf. LXVIII, 31.

c) Ezech. V, 17.

d) Ef. XXXVII, 6, 7.

ditæ, omnis rationis censabantur expertes, quin imò ab omni sensuum rationisque usu tantum remotæ, quantum statuæ. Hinc psaltes signa Deorum describens : e) עצבי הגוים כספ ווחב מעשה ידו אודם : פה להם ולא יוכרו עיניכם להם ולא יראו : אונם להם ולא יאוזנו אף אין יש רוח בפיהם : כמורם יוחין עשיהם *Idola gentium argentum sunt & aurum, opus manuum humanarum. Os illis, sed non loquuntur: oculi illis sed non vident: aures illis sed non audiunt, nec spiritus in ore ipsorum est. Prorsus ILLIS SIMILES ii sunt, QVIILLA FABRICANT, & quicunque fiduciam in iisdem reponunt.* Accedit hæc etiam ratio, quod sicut feræ homines, ita gentes exteræ Judæam invadere solerent, crudeliter habere & quasi lacerare. Sed & in novo testam. bruta & feræ gentilium alicubi imago sunt. In visione certe illa, quæ Petro obtigit, f) iidem sub bestiarum cicurum & ferarum (*Θηρίων*) reptilium & volatilium specie repræsentantur. Quod si jam memineris, quantis se periculis Paulus objecerit, cum superstitionem Ephesi impugnaret & extirpare conaretur, & quam parum abfuerit, quin ab idololatriis in furorem aëtis disperperetur, g) facile erit judi-

e) Pf CXXXV, 15.

f) Act X, 12.

g) V. Act. XIX, 23. sqq.

judicatu, apte apostolum statum illum suum, more loquendi Hebræis recepto, *pugnam vocare* potuisse *cum bestiis*, Θηριομαχίαν.

§. III.

Alterum, quod verbum ΘΗΡΙΟΜΑΧΕΙΝ IGNATIVS quoque de molesta & periculi plena usurpaverit conversatione cum hominibus duris, feris, agrestibus & immanibus. Sic enim Romanis scribit: h) Απὸ Συρίας μέχει πά μης ΘΗΡΙΟΜΑΧΩ διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ημέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις ὃ ἐστιν σρατιωτῶν τάγμα, οἱ καὶ ἐνεργετόμενοι χέιρες γίνονται. ἐν δὲ τοῖς αὐτοῖς μᾶλλον μαθητεύομαι. ἀλλὰ παρὰ τότε δεδικάωμαι. A Syria Romam usque terra marique, noctu δ interdiu CVM BESTIIS PVGNO, decem leopardis vinclis, quae est militum turma, qui etiam beneficio accepto pejores sunt. Verum illorum injuriis magis eruditior. sed non propter hoc justificatus sum. Hic igitur manifestum est, feras bestias ab Ignatio milites illos vocari feroce ac fævos, qui ipsum Antiochiā, cuius urbis ecclesiæ summa cum laude adhuc præfuerat vir sanctus, rapuerant, Romam adducendum. His ille custodibus

N 2

stipa-

h) In epistola ad eos p.86. edit. Ittigianæ, quem locum miror interpretum neminem, eorum saltem, quos mihi evoluere licuit, (evolvi autem non paucos.) eum illo Pauli contulisse.

stipatus Smyrnam delatus fuerat, unde hanc ad Romanos scripsit epistolam i). Quod si forte dixeris, Ignatium ad locum illum Paulinum respexisse, atque τὸ Θησειομαχεῖν, ex eodem quasi mutuo sumtum, ad statum suum applicuisse; id tamen inde poterit effici, quod pugnam Paulum fecisse Ignatius crediderit non cum bestiis proprie sic dictis, sed cum hominibus, qui feris haud multo mitiores essent. Quod ipsum, cum Ignatius, cuius ætas in tempora apostolica extrema incidit, historiæ Pauli non potuerit non optime esse gnarus, alicujus argumenti loco esse potest, Θησειομαχίαν apostoli sensu accipiendam esse non proprio, sed translato.

i) V. Acta martyris S. Ignatii, apud eundem Ittingum
Biblioth. patr. apostolic. p 360.

Finis partis secundæ Observationum
philologicarum.





OBSERVATIONVM PHILOGICARVM
PARS TERTIA.

OBSERVATIO I.
DE

SALICVM RAMIS, TABER-
NACVLORVM FESTO JVXTA
ALTARE HOLOCAVSTORVM
STATVTIS.

AD PS. CXVIII, 27.

§. I.

Quid a tribulibus suis postulet auctor
psalmi CXVIII hortatu hoc præ-
ceptoque : אָסְרוּ תְּגִבְעַתִּי קָרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ
quod LVTHERVUS
noster vertit : *Schmücket das fest mit mayen bis
an die hörner des altars*, nondum convenit in-
ter interpretes. Recentiores plerique cum
SCHMIDIO jubere illum existimant, sacri-
ficia

Pars III.

O

cia festi tanta adduci copia, ut loca atrii magni consueta, victimis adstringendis jugulandisque destinata, his capiendis non sufficient, sed ad altaris cornua eas alligari necesse fit: persuadentes sibi voce חג, chag, sacrificium h. l. denotari diebus festis faciendum; per עבוריּת vero funes, quibus hostiae constringenda vel alliganda sint. Vereor autem ut expositio haec iis sepe probet, qui & structuram altaris, & ritus circa sacrificia observatos accurate habent cognita. Ut ad altaris cornua in summo praetalte molis posita, victimae vincirentur nec fieri commode potuit, nec, in maximis etiam solennitatibus, factum unquam fuisse exemplo ullo poterit ostendi. Felicius longe mentem psaltæ asseditus videtur SALOMO van TILL, a) verba haec de ritu interpretatus illo, quo solebant Judæi diebus festi tabernaculorum singulis altare circumire, tenentes manibus fasciculos frondeos (לולבין, Lulavim) per intervalla agitandos quassandoque. De quo ritu sic præcipiunt Talmudici b):

בכל יום מקיפין את
וזמבח פעם אחת ואומרים אנה ה' רשותך
נא אנה ה' רצלייחה נא Quovis die (festi tab-

ber-

a) In *Commentario* ad h. l.b) In *Succa* c. IV. §. 5.

bernaculorum) altare circumеunt (cum fasciculis ramorum quos concutиunt) cantantes : O Deus, obsecramus te, ut salutem nobis afferas, & prospere omnia evenire jubeas. c) Ex Tillii igitur sententia sensus loci hic foret : Ligate, h. e. exornate, festum fasciculis frondium, pro more quafsandis vel agitandis, usque ad cornua alfaris. Cui interpretationi ego quoque subscriberem, nisi vim facere videretur significationi propriæ ac perpetuæ verbi **ὭΩΝ**, quod vincire est, ligare, non exornare ; nec præterea id obstatet, quod vix dimidiam altaris altitudinem attingere potuere circumеentes ramis suis, sesquicubitum ut plurimum longis, neandum cornua, in summa parte collocata, in nono a fundamento cubito. Itaque respiciendum potius esse puto ad illum morem, quo συνοπηγία; festo perlongi salicum rami circum altare statuebantur, ipsam aram altitudine sua æquantes, si non superantes. Quam rem pluribus nunc explicare instituam.

§. II.

Insunt odæ huic sacræ indicia quædam haud obscura, ex quibus illam in tabernaculorum solennibus cantatam in templo, imo eo etiam consilio, ut tum recitaretur, composi-

O 2 tam

c) Ps. CXVIII, 25, Conf. Observat. nostra^s philolog. p. I.
pag. 41. sqq.

tam fuisse appareat. Ea inter primum pono quod v. 15. *cantus* auctor meminit & *jubili de salute*, quæ illo tempore audiantur in tentoriis *justorum*, sive Israelitarum, קול רנץ ורשותה באהליך צוריקם. Constat enim inter omnes, eo quod memoravimus festo in tentoriis habitasse Israelitas, latisque canticis suum testatos esse gaudium de beneficiis cum pristinis, tum nuperis, a Deo in ipsos collatis. Illa tentoria, illa cantica designat psalmes. Scrupulum quidem injicere posset vox אַחֲלִיּוֹת, quæ tabernacula proprie notat pellibus, aulaeis vel ciliciis constantia, non frondea, qualia illa esse oportebat, sub quibus Israelitæ per septem dies degerent, & quæ dicuntur Hebraice. At vero illud vocum discrimen haud perpetuo ita observatur, quin interdum אַדְלִים quoque de tabernaculis usurpetur frondeis. Vsurpavit certe Hoseas propheta, nomine Dei minatus Israelitarum genti : d) עַד אָרוּשֵׁיכְךָ בְּאַחֲלִיּוֹת כִּימֵי מָועֵד Iterum ego habitare te faciam in tentoriis, sicut diebus festi, puta tabernaculorum. Indicium alterum vox subministrat נִגְמָן, festum, sine addito festi nomine posita in verbis : בעברות

d) Cap. XII, 19.

אָכְרֹו חָג בַּעֲכָרִים. *Enimvero tabernaculorum festum κατ' ἐξοχὴν ἡ dictum Judæis fuit e), quod ejus solennitas omnium esset maxima. Quod nec PLVTARCHVS ignoravit, quippe qui τὴν μεγίστην καὶ τελειωτάτην ἑορτὴν παρ' Ιudeis festum Iudaorum maximum prædicavit atque perfectissimum. f) Domestica testimonia sunt PHILONIS g) & JOSEPHI, quorum hic h) idem festum omnium solennissime agi confirmat, τὴν ἑορτὴν τάυτην εἰς τὰ μάλιστα τηρεμένην εἶναι.* Tertio idem aliquo modo colligi potest ex memorata ante i) Juðæorum consuetudine, qua psalmi hujus verba nonnulla ejusdem festi diebus singulis altare circumeuntes ingeminabant, quod meores, ut videtur, essent, sic a majoribus institutum fuisse, ut carmen hocce sacrum tabernaculorum potissimum solennitate recitaretur. Ac poterit forsitan etiam illa indicari, qua id primum factum, si quod i. Macab. IV, 36. sqq. narratur cum psalmo hoc cō-

O 3 tule-

e) Quod infinitis fere Talmudis locis demonstrari potest.

f) In apothegm. T. Opp. II. p. 184. & Sympoſ. I. IV. p. 671.

g) V. librum ejus de festis p. 1183.

h) Antiquit. Jud. I. XV, c. 3.

i) Ex Talmude, I. c.

tulerimus. Scilicet relatum ibi legimus, quod Judas Maccabæus, Syris prælio feliciter superatis, templi ab hostibus diruti instaurationem susceperebat, altare portasque novas constituerit, turres, mœnia & conclavia nova exstruxerit, eoque facto encænia templi per octiduum celebraverit. Et cum illo quidem anno tabernaculorum solennia justo tempore rite agere non potuissent Judæi (coacti enim fuerant, propter hostes ubivis persequentes, in locis desertis & speluncis delitescere) voluit Judas, quod omitti tunc necessitas flagitasset eodem encæniorum festo compensari. Multos igitur ritus, tabernaculorum festo proprios, solennitati illi, duobus licet mensibus seniori, admisit, jussitque suos thyrfos & ramos cum alios tum palmeos gestare, non secus ac ἐν τῇ συνοπτηγίᾳ fieri consueverat. k) Hæc igitur præclara Judæ Maccabæi eorumque, qui sub signis ejus militabant, facinora, victoriam a Syris reportatam, templi instaurationem, speciatim altaris portarumque novarum constitutionem, nec encæniorum tantum, sed & repetitam festi tabernaculorum celebrationem haud obscure canit poeta sacer. Cui instituto apprime conveniens erat rituum quorundam ejusdem festi commemoratio.

§. III.

k) V. z. Maccab. X. 6. sq.

§. III.

Horum jam rituum non postremus is erat, quo salicu[m] rami grandioris staturæ in altaris holocaustum ambitu collocabantur. מצות Edifferant illum nobis Talmudici 1). ערבה כי[ר]ץ ? מקום הירח למטה מירושלים ונקרא מוצא יורין לשם מלקתן משם מורכיות של ערבה ובאין חזקיהן ארtan בצרי המזבח וראשיהן כפוף על צבי המזבח circa salices observabantur ritus ? Locus erat infra Hierosolymam, Moza dictus. Huc descendebant, ut ramos salicu[m] inde colligerent, quos in templum allatos ad altaris erigebant latera, ita ut summitates eorum ad altaris inclinarentur superficiem. Quem locum hac commentatore declaravit נקרא מוצא. R.OBADIAS de BARTENORA : בגמרא אומר ששמו קלניא רעד חום כך שמו והערבה מצויה שם. והמקום רחוק מירושלים מעט. ופי קלניא חפשי ממש לפיקד נקרא שמו מוצא שהיה מוצא ממש ומלך בשבירל הערבה שלוקחים שם : מורכיות ענפים גזרלים גבוחים ריא אמו. מנידויו אוטם ער יסוד המזבח וראשיהן זקובים ומוטין על המזבח אמר Teftan-

1) In Succa c. IV, §. 5.

204 Obs.I. De Salicu[m] ramis tabernac. festo

tur doctores Gemarici, m) locum Mischnicis Moza dictum nomine alio, quod hodienum in usu est, Kelanja appellari. Ac reperiuntur in loco illo, Hierosolymis non multum remoto, salices. Vox autem Kelanja liberum notat a tributo. Eandemque ob causam inditum loco nomen Moza, (quasi edacentem dicas five liberantem), quod incolas immunes faceret a tributo regi solvendo, propter salices, quæ inde petebantur. מִרְבָּיוֹתָן rami sunt magni, undecim cubitos alti, qui ad fundamentum altaris collocabantur ita, ut summæ eorum partes inclinatae ultra altaris superficiem cubito uno eminerent. Kelania illud, cuius ex Gemara mentionem R. OBADIAS facit, Latinum colonia est, quod ex usu Judaico civitatem notat a tributis liberam. Sic enim

גָּלְנִיא בֶּן דָּוְרִין מִן הַמִּס: שֵׁי־מֶלֶךְ. Colonia homines sunt a tributo principi dando immunes. Hinc cum ANTONIVS imperator R. IUDÆ SANCTO ait: n) בְּשִׁנְאָה אֲסֹוּרָה בֶּן תְּחוֹרָה וּתְתַעֲבֵד טְבִרָּה Opto ut filius meus in imperio mihi succedat, ¶ ut Tiberias colonia fiat, cupere se significat, sicuti iterum Glossa monet, ut Tiberias urbs evadat libera, a tributo exempta, pro-

m) In Succa fol. 45. col. 1.

n) In avoda sara fol. 10. col. 1.

propter multitudinem scilicet magistrorum ibi
viventium. Vbinam vero situs fuerit locus,
Coloniae nomine signatus a Gemaricis, admo-
dum obscurum est. Suspicor tamen, respe-
xisse eos ad *Aeliam Capitolinam*, quam Aelius
Hadrianus imperator eo loco, quo Hieros-
lymorum urbs antea steterat, condidit, ita ta-
men, ut mutatis quodammodo pomoerii,
quæ extra urbem fuerant, ipsi Aeliae inclu-
serit. Hinc ABVLPHARAGIVS o) scribit :
וּבְנָוֹת קְרִיבָה מִנְחָה מִזְבֵּחַ שְׁמֹדָה
וְוּלִיא אֲדֻרְיאָנֶשׁ וְאַשְׁכְּנוֹהָא קָוָמָא שְׁרָבָא Ex-
struxerunt prope illam (Hierosolymam eversam)
urbem, quam Aeliam Hadriani appellarunt, in
qua alienigenas collocarunt. Scilicet coloniam
istuc Romanam misit Adrianus, quæ novam
urbem inhabitaret : Quocirca illa in nummis
Hadriani, Antonini Pii, & Marci Aurelii COL.
A E L. C A P. hoc est *Colonia Aelia Capitolina*
appellatur. p) Hæc igitur, si quid auguror,
illa Gemaricorum **קָלְנִיָּה** *Colonia* est. Qui
nisi in eo falluntur, quod idem locus Moza
dicatur Mischnicis, hanc ego in agro Hiero-
solymorum australi quæsiverim. Sunt enim
quæ arguunt, in hanc potissimum plagam ultra
fines suos veteres extensam urbem fuisse a no-
vis colonis. Confirmat quodammodo eun-
dem

O 5

o) In histor. dynast. p. 121.

p) V. Cellarii Notitiam orbis antiqui T. II. p. 547.

dem situm illud למטה מירושלם *infra Hierosolymam.* Hic enim Judæis loquendi mos erat, ut loca ad austrum sita *inferiora* dicerent. Istuc igitur egressi, quibus salices petenda erant, ad altare erigendæ.

§. IV.

Porro ex indicata a Gemaricis ramorum sa-
lignorum, huic usui destinatorum, altitudi-
ne liquet, æquasse eos, imo aliquantum su-
perasæ altaris altitudinem. Quod ut eo ma-
gis pateat, hæc nobis paucis delineanda erit.
Itaque altare holocaustorum, parte sui infima
32. cubitos longum totidemque latum, inde
a pavimento per 10. cubitos assurgebat. Quæ
altitudo per partes quatuor ita fuerat dispo-
sita, ut cubitum unum fundamentum altaris,
יְסוֹד הַמִּזְבֵּחַ, impleret; quinque cubitos pars
occuparet altera, cubito uno quam funda-
mentum undique arctior, quæ coarctatio fun-
damento insistentibus circumeundi faciebat
copiam; tres cubitos pars tertia, iterum cu-
bito uno arctior, adeoque ipsa etiam ambi-
endi spatum, sive circuitum dictum,
relinquens; ac decimum tandem cubitum
pars suprema, הַמִּזְבֵּחַ focus dicta, cubitis duo-
bus tertiarâ contractior. Ante focum hunc,
in circuitu הַלִּוּן הַכָּהנִים appellato, sacerdo-
tes

tes stabant, ligna carnesque victimarum disponentes, & quicquid sacrorum in altaris superficie faciendum erat peragentes. Porro observandum, ex quatuor partis tertiae angulis, adeoque in nono a pavimento cubito, quatuor prodiisse cornua sive columellas quadratas: quæ cum ipsæ etiam cubitum altæ essent unum, patet hinc, eas paris cum foco, q) molemque altaris universam, simul cum cornibus, altitudinis fuisse decemcubitalis. Quod si igitur ad latera altaris, præsertim vero ad angulos, rami ponerentur undecim cibitorum, fieri non poterat, quin illi cornua altaris attingerent, parte saltim summa, qua ad focum fundamento multo arctiore inclinari solebant.

§. V.

Originem ritus haec tenus explicati derivari convenit ex illo Mosis mandato, quo jubentur Israelitæ tabernaculorum festo fructus sumere arborum pulcrarum, ramos palmarum, frondes arborum densarum & SALICVM TORRENTIS r), eo scilicet fine, ut tabernacula inde struerent, quemadmodum alibi s) ostendimus. Salices autem adhiberi legislator voluerat, quod illud genus maxime esset flexible, eaque prop-

q) V. Succa f. 45. col. 1, &c conf. Jo. Lightfootum Open runa T. I. p. 682. lqq.

r) Levit. XXIII, 40.

s) Observat. phislol. p. I. p. 41. lqq.

propter tabernaculis nec tendis vel cum primis idoneum. Legi igitur satisfacturi Israelite quisque sibi tabernaculum tale condidit, in quo festos dies cum familia sua transfigeret, cibum caperet & dormiret. Neque vero officium se explevisse arbitrati sunt recentiores, nisi Deo quoque, templum inhabitanti, tabernaculum quasi aliquod exstruerent, circumpositis mensæ ejus, h. e. altari, longis densisque salicum ramis, qui, si dies festi septimus sabbathum esset, septem dies, sin alium in diem sabbathum incideret, sex tantum, decus altari adderent t).

§. VI.

His itaque cognitis obscura amplius esse vix poterunt ea psalmi verba, quæ dilucidare instituimus. Nam si primum non *funes* interpreteris, sed *ramos arborum densos* (hos enim vox interdum denotat. Sic in ipsa συνοπτηγιας lege u) עץ עבורי arbor est *densis ramis prædita*) ac deinde observes, *ligare festum ramis per hypallagen quandam dici pro ligare, alligare ramos in festo, in solennitate, οὗτοι ἐξοχὴν ἡ δicta, hanc habebis præcepti sententiam: Afferte, ut nihil desit solennitati, quam celebramus, ramos arborum densos altari alligandos, eosque tam proceros, ut ad altaris usque cornua pertingant.*

OBSER-

t) V. *Succa* f. 43. col. 2.

u) *Levit.*, XXIII, 40; Cf. *Nehem.*, VIII, 15. *Ezech.*, XX, 28.

OBSERVATIO II.

DE

RITV CAPITIS IN SACRIS
VELANDI, A ROMANIS AD
JVDAEOS PROFECTO.

Ad 1. COR. XI, 4. 2. COR. III, 14. 15.

§. I.

Qui sacris Judæorum unquam interfuerunt, memoria procul omni dubio tenebunt, vidisse se capita in precibus fundendis aliisque sacris occupatorum velamento aliquo obducta. Illud velamen פְּלִיה Tallis ipsorum lingua appellatur, estque pannus laneus quadratus, in longum latumque duos circiter cubitos extensus, ex cuius quatuor angulis filamenta alba pendent octena, superne quinque nodis implicata, pro voluminis Mosaici quinquepartiti symbolo, inferne vero soluta. Horum filamentorum (צִיצִית, zizis, zizijous vulgo vocant) aspectus in memoriam illis revocat præcepta legis, quæ ex ipsorum computo 613. sunt. Hic scilicet numerus latet in voce צִיצִית, si litteras ejus, more Judæorum solenni, pro notis habeas numeralibus, & fila anumeres nodosque. nam ת 400, ק 90, י 10 valet. Conficit igitur geminum ק cum י gemino & uno ת 600. Quibus si octo addas

addas, quot sunt fila, & quinque, quot sunt nodi, habebis numerum præceptorum legis, videlicet 613. Hac de causa apta verpis visa sunt peniculamenta ista, in N. T. κερασπίδαι vocata a), quaæ legis divinæ, cuius memoriam nullo non tempore recolere hominem deceat, essent μηνιόσυνοι. Porro in panno illo, de quo agimus, qua verticem capitum operit, assumentum plerumque aliquod conspicitur ex serico, rufi, flavi, vel viridis coloris, quod שטרן atara, vel ipsorum ore eiturā, nuncupare solent, h. e. coronam. Hujusmodi igitur peplo caput Judæi, precibus, vel & Mosis prophetarumque scriptis recitandis explicandisque, operam in synagogis dantes, obnubere pridem consueverunt. Quem morem usque adeo improbat Paulus apostolus, ut capite etiam prorsus inoperto esse velit orantes docentesque. Sic enim Corinthiis suis scribit: πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος οὐ προφητεύων κατὰ νεφαλῆς ἔχων καταρχύει τὴν νεφαλήν αὐτῷ omnis vir orans, aut vaticinans (scripturæ oracula exponens) capite operto, (Tallis præsertim obvoluto) probro afficit caput suum. Nempe indecorum hoc putabatur Græcorum moribus, si vir teeto capite in concionem prodiret. Quemadmodum univer-

a) Matth. XXIII, 5.

b) I. Corinth. XI, 4.

niverse Græci in conspectum hominum caput
tecti venire non solebant. Liquet hoc ex
verbis Anacharsidis apud LVCIANVM c):
Οὐδὲ τον ἥλιον ἔτι ῥαδίως ἀνέχομαι, οὔξυν καὶ φλο-
γώδη, ἐμπίπτοντα γυμνῆς ιεφαλῆ. Τὸν γὰρ πῆ-
λόν μοι ἀφελεῖν ὄνοθεν ἔδοξεν, ὡς μὴ μόνος ἐν ᾧ
μὲν ζενίζομι τῷ σχήματι Solis ego sum impatiens
ita acuti ferventis, nudumque caput infestantis.
Etenim pileum domi consulto mihi abstuli, ne solus
hic inter vos peregrino insueto habitu obambu-
larem. Ad quæ Solon: οἱ μάταιοι ὅτοι πόνος,
ῳ Ανάχαρσι, καὶ αἱ συνεχεῖς ἐν τῷ πηλῷ κυβισή-
σεις, καὶ αἱ ὑπάνθρωποι ἐν τῇ ψάμμῳ ταλαιπωρίαι,
τέτο ἦν τὸ ἀμυντήριον παρέχοσι πρὸς τὰς τῇ ἥ-
λιος βολαῖς. καὶ ὡς ἔτι πῦλον δεόμεθα, οἵ τὴν ἀντί-
να καλύστει καθικνεῖσθαι τῆς ιεφαλῆς. Inanes illi
ferventis labores, o Anacharsi, fuisse
in cœno volutationes, præterea ærumnæ in arena
subaëria nobis hoc præstant, ut ferventis solis ra-
dios facile contemnamus: neque amplius egemus
pileo, ut solem a contingendo capite prohibeat. Ex
quo apparet, alienum hoc fuisse a Græcorum
consuetudine, ut quis capite adoperto in fre-
quentia hominum versaretur. d) Ast Judæi,
insti-

c) *De gymnasiris* T. Opp. I. p. m. 736.

d) Præter feminas solis fere inter Græcos militibus a-
gross-

institutorum a majoribus acceptorum tenacissimi, licet inter Græcos degerent, nunquam tamen, nisi capite obnupto, in cœtu sacro orabant, codicem sacrum legebant, vel interpretabantur. Quo illud Pauli spectat e) : ΑΛΛ' ἐπωρώθη τὰ νοῆματα αὐτῶν. ἀχει γάρ της σήμερον τὸ αὐτὸ ΚΑΛΥΜΜΑ ἐστὶ τῇ ἀναγνώσει της παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, οὐδὲ ἐν χειρῷ καταργεῖται, ΑΛΛ' ἔως σήμερον, ηγίνα ἀναγνώσκεται Μωσῆς, ΚΑΛΥΜΜΑ ἐπὶ τὴν παρδίαν αὐτῶν κεῖται. Sensibus eorum callus quasi obductus est. Nam usque ad diem hodiernum idem VELAMEN, (quo faciem suam Moses texit) in lectione veteris testamenti manet, nec removetur, quod in Christo aboletur. Sed ad hunc usque diem, cum legitur Moses, (certæ quædam pentateuchi pericopæ in synagogis publice recitantur) VELAMEN uti faciei sic animis illorum impositum est. In quibus facile perspicient rituum Judaicorum non ignari voce παλύματος ad illum alludi pannum (תְּלִין), quem ante descripsimus. Quod pluribus confirmandum susciperem, nisi & operam

grosque colentibus honestum erat, πῖλον, πέτασον aut κυνέην, quæ capitis tegumenta sunt, ut injurias cœli tolerare possent diutius, gestare.

e) 2. Cor. III, 14. 15.

ram hanc pridem occupassent alii, & id solum agendum in præsenti mihi præscripsisse, ut unde ritum obvelandi in sacris capitibus, a legislatore divino minime injunctum, acceperint Judæi, (quod adhuc latuisse puto,) ostendam.

§. II.

Debere autem illum existimo gentem reutitam Romanis, quibus Deos plerosque velato capite adorare atque colere patrius & antiquus mos fuit. Qua de re veterum nemo luculentius testatus est, quam PLUTARCHVS, f) cuius idecirco testimonium integrum hoc apponendum duxi. Διὰ τί τὸς Θεοὺς προσκυνῶντες ἐπικαλύπτονται τὴν κεφαλὴν, τῶν δὲ αὐτῶν τοῖς αἰξίοις τιμῆς ἀπαντῶντες, καὶ τούχωσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες τὸ ἴματιον, ἀποκαλύπτονται; Τέτο γαρ ἔσικε κακέννην ἐπιτένειν τὴν ἀποδιάν. εἰ μὲν δὲ ὁ περὶ Αἰνέϊς λεγόμενος λόγος ἀληθής ἐστι, καὶ τῷ Διομῆδῃς παρεξιόντος, ἐπικαλυψάμενος τὴν Θυσίαν ἐπετέλεσε, λόγον ἔχει καὶ ἀκολούθει τῷ συγκαλύπτεσθαι πρὸς τὸς πολεμίγς, τὸ τοῖς Φίλοις καὶ ἀγαθοῖς ἐντυγχάνοντας ἀποκαλύπτεσθαι. Τὸ γαρ πρὸς τὸς Θεοὺς δὲ ἕδιόν ἐστι, ἀλλὰ πατὰ συμβεβηκός, καὶ ἀπ' ἐκείνῳ μεμένης

Pars III.

P

τηρε-

f) In quaest. Rom. T. Opp. II. p. 266.

214 Obs. II. De Ritu capitinis in sacris velandi,

τηρείμενον. εἰ δὲ ἄλλό τι λέγειν χρὴ, σκόπει μὴ μόνον ἐκεῖνο δεῖ ζητεῖν διὸ τὰς Θεάς προσκυνῶντες ἐπικαλύπτονται, Θάτερον δὲ ἀκόλωθόν εἶται. Τῶν γὰρ ἀνθεώπων ἀποκαλύπτονται τοῖς δυνατωτέροις, καὶ τιμὴν αὐτοῖς προστιθέντες, ἀλλὰ τὸν φόρον αὐτῶν μᾶλλον ἀφαιρεῦντες, ἵνα μὴ δόξωσι τὰς οὐτὰς τοῖς θεοῖς τιμὰς ἀπαίτειν, μὴ δὲ ὑπομένειν, μηδὲ χάισειν θεραπευόμενοι παραπλησίως ἐκεῖνοις. Τὰς δὲ Θεάς ζήτω προσεκύνουν, ηγαντεύοντες ἐαυτὰς τῇ ἐπικενύψει τῆς κεφαλῆς, η μᾶλλον ἐυλαβέμενοι τινα Φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν ἐνχαράκτησιν αἴσιον καὶ δύσφημον, ἀχει τῶν ὄτων ἀνελάμβανον τὸ ἴματιον. ὅτι γὰρ ιχυεῖς ἐφυλάττοντο ταῦτα, δῆλον εἶται τῷ προσιόντας ἐπὶ μαυτείαν χαλκωμάτων πατάγῳ περιφόρεσθαι. η, ὡς Κάσωρ λέγει, τὰ Ρωμαῖα τοῖς Πυθαγορικοῖς συνοικεῖαν, τὸν ἐν ἡμῖν δάμφιονα δεῖσθαι τῶν ἐκτὸς θεῶν, καὶ ἕπετευειν τῇ τῆς κεφαλῆς ἐπικαλύψει, τὴν τῆς ψυχῆς ἀνιττόμενον ὑπὸ τῷ σώματος ἐγκαλύψιν καὶ ἀπόκευψιν. *Cur Deos velato capite adorant (Romani) cum alioquin hominibus obviam facti venerandis, caput, si forte eo testo incedant, detegunt? hoc enim est, quod questionem facere videatur difficiliorem. Narrant Aeneam, cum rem sacram faceret, Diomedes prætereunte caput velasse, ita-*

itaque sacrificium absolvisse. Hoc si verum sit, non est alienum a ratione, sed consentaneum, ut quemadmodum adversus hostes caput tegimus, ita amicis & præstantioribus hominibus obviam dati idem nudemus. Et quod Deos velato capite venerantur, non proprium id est, sed fit per accidens, factio isto Aeneæ in consuetudinem tracto. Quod si alia est afferenda causa, vide ne id modo quærendum sit, cur in veneratione Deorum caput tegatur: alterum vero ejus sit consecularium. Nam quod coram potentioribus hominibus caput nudant, non faciunt augendi honoris eorum gratia, sed ut eos invidia liberent potius, ostendantque eos non poscere sibi eosdem cum divinis honores, neque ferre aut gratum habere eodem se, quo Deos modo coli. Deos autem operto capite adoraverunt, vel quod ea re animi demissionem confiterentur, vel potius, quod verentes, ne qua vox mali ominis foris accideret, usque ad aures vestem sursum attrahunt. Hoc enim eos admodum vitare, ex eo liquet, quod ad oraculum consulendum accedentes, tinnitu æris circumsonantur. Aut, ut Castor tradit, qui Romana instituta Pythagoricis accommodat, ut ostendant genium, qui in nobis est, Deorum qui extra sunt ope indigere iisque supplicare: capite operiendo per ambages arguentes animum a corpore occultari atque tegi. Hæc ita Plutarchus: quæ ut dilucidiora faciamus, tria hæc paulo curatius expendi conduce. (1) Illud Aeneæ factum, quod commemorat Plutarchus. (2) Quibus rebus capita

obvolverint Romani, rem sacram facientes. (3)
Quo id fecerint consilio, quibusve de causis.

§. III.

Aeneas igitur cum post longos, quibus aetius in mari fuerat, errores ad Epirum tandem appulisset, ad Helenum se contulit, Epirorum regem, eundemque simul vatem, ut ex eo, quis itineris Italiam versus suscepit sperandus sit successus, quis exitus, cognoscere. Helenus dicit hospitem in Apollinis templum, eidemque qua terra marique immineant pericula aperit, suadetque, ut his perfunctus, & in littus Italiae delatus, aris ibi positis sacrificium faciat, & quidem *comas*

Purpureo velans adopertus amictu.

*Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
 Hostilis facies (Diomedis vel Vlyssis) occur-
 rat, O omina turbet.*

Addit mandatum :

*Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto,
 Hac casti maneant in religione nepotes.*

Nec negligentem hujus mandati Aeneas sese praestitit, sed diligenter illud exsecutus est, ubi finem itineris attigit : quemadmodum fuisus narratur a VIRGILIO. g) Vtrum vero haec ita vere gesta sint, an Heleno & Aeneae eam ob causam a poeta affingantur, ut sum-

g) *Aen. l. III. v. 345. sqq.*

summa ritui, illa aetate religiose observari solito, concilietur antiquitas auctoritasque, dubia res est. Et quamvis posterius vero videatur similius, prius tamen veterum quoque nonnullis fuit creditum, qui propterea morem obvelandi in sacris capitibus ad Aeneam, tanquam primum ejus in Latio auctorem, retulerunt. Documento sunt tum ea, quae Plutarchus differit, tum hoc C. Bassi apud MACROBIVM h): *Ara maxima ante adventum Aeneae in Italia constituta est, qui ritum velandri capitibus invenit.* Quod licet, ut diximus, incertum sit, antiquum tamen ritum esse constat & in Latio natum, imo huic, antequam a Judaeis quoque adhiberetur, proprium. Nam & scriptores Romani antiquissimi ejus meminerunt, v. c. PLAVTVS i), & Graecis, quibus instituta sacra plurima accepta retulerunt Latini, aliisque gentibus ignotus, ac ut TAVBMANNVS loquitur k), purus putus Romanus fuit. Graeci aperto capite sacrificabant. MACROBIVS l. c. *Varro ait Graecum hunc esse morem, ut omnes aperto capite sacra faciant.* Quamobrem immerito Pindari scholia stes reprehenditur a DALECHAMPIO l), quod

P 3

scri-

h) *Saturnal.* l. III. c. 6.

i) In *Amphistr.* aet. V. sc. I. v. 41. & *Circul.* aet. III. sc. I. v. 19. Adde Livium *Histor.* l. X. c. 7.

k) In *notis* ad l. *Amphistr.* cit.

l) In *annotat.* ad Plinii *Histor. natur.* l. XXVIII. c. 6 p. 1236.

scripserit: δίχα τινὸς ἐν τῇ πεφαλῇ παλύμπατος. οὐτω γὰρ ἔθος ἦν ἔυχεθαι, absque ullo capitum tegumento. Sic enim moris erat Diis supplicare. De Cois quidem PLVTARCHVS m) testatur, quod apud ipsos ὁ τῷ Ηέσανλέγεις iερεὺς ἐν Αντιμαχίᾳ γυναικέιαν ἐνδεδυμένος ἐσθῆτα, καὶ τὴν πεφαλήν αναδύμενός μίτρᾳ κατάρχεται τῆς θυσίας. sacerdos in Antimachia muliebri indutus ueste, & caput mitra revinctus sacrificium auspicetur. Et de Aristandro, sacerdote Macedonico, CURTIUS n), quod in candida ueste verbenas manu præferens, capite velato præiverit preces regi, Iovem, Minervam Victoriaisque propitiandi. Sed ad Coos quod attinet, illorum exemplum prorsus singulare est, & id solum arguit, quod unius insulæ Græcæ habitatores sacra Herculi fecerint capite operto, quippe mitra tecto, non item quod velato; quæ, quod probe hic velim observari, diversæ res sunt. Aliud enim caput est pileo vel mitra cooperatum, aliud velo aliquo obvolutum. De Curtio vero magna est suspicio, eum mores Romanos hominibus tribuisse Græcis; quod & alias, præsertim cum multa in historia fingeret, o) eum fecisse compertum est. Nondum igitur dimo-

m) In quest. Gr. p. 304.

n) Lib. IV. c. 13.

o) V. Ccl. Clerici artem Crit. P. III, sect. 3, c. 3.

dimoveor ab illa sententia, quod proprius hic olim Romanorum mos fuerit, ut capita inter orandum sacrificandumque velarent. Quanquam hoc non in omnium Deorum sacris observatum fuit. Saturno enim & Honori sacrificantes capita habuerunt reiecta, in cuius moris rationes PLUTARCHVS inquirit. p)

§. IV.

Tegumenta autem fuere varia, quibus ad caput in sacris operiendum velandumque usi Romani. Jusserat Aeneam Helenus, ut ad aras stans purpureo caput cooperiret amictu. Cui obtemperans Aeneas, simulac littus Italicum attigisset

caput ante aras Phrygio velavit amictu q)

Vbi observamus, quem purpureum amictum dicit Helenus vates, eum postea Phrygium vocari. Sed quale hoc fuerit amictu genus varie disceptatur. Sunt qui integumentum intelligunt acu eleganter pictum, quæ ars & inventa à Phrygibus & magno studio exculta fuit: unde factum ut opus, illius artis beneficio elaboratum, Phrygionicum appellatum sit. Alii tiaram indicari existimant, quæ ex usu apud Phryges frequentissimo Phrygia, sine adjectione, vel & masculo genere

P 4

Phry-

p) In quaest. Rom. l. c.

q) Aen. III, v. 545,

220 Obs. II. De Ritu capitum in sacris velandi,

Phrygius nonnunquam dicatur. Hanc autem galeam fuisse docent, quæ per malas veniens, mento subligaretur. Ast cum amictorium Helenus postulet tale, quo omnis hostilis faciei conspectus vitari possit, facile patet, ejusmodi tiaram, quam cum mitris, quibus in itineribus hodie uti solemus, comparare possis, negocio illi sacro minime sufficisse, sed tegumento opus fuisse laxiori, quo tota etiam facies posset obnubi. Malim itaque FVLGENTIO assentire & TVRNEBO, qui amictum Phrygium per tutulum exponunt r). Tutuli autem vox unde sit, & quam varia significet, optime docuit GER. Jo. Vossius t); quamquam observatum ei non est, pallium quoque illa signari, quo sacerdotes caput teabant, cum ad sacrificium accessissent. Ita certe tutulum interpretatus Numa est in Pontificalibus u), pallii voce haud obscure significans, tutulum & capiti toti atque collo obvolvedis, humerisque infernendis aptum fuisse. Phrygii vero cognomen ad artem referri potest Phrygionicam, qua exornatus fuerit amictus. Ut ita pallio s. panno caput Aeneas circumvolverit purpureo, digno principe ornata, eoque

r) Ille de prisco sermone p. 386. hic advers. l. XXVI. c. 10.

t) In Erymolog. lingue lat. p. 537.

u) V. Lsl. Greg. Gyralds Syntagma de sacrificiis T. Opp. I. p. 522. edit. Lugdun.

eoque acu piēto. Præterea caput Romani, in cultu Deorum occupati, vel apice ornabant, vel galero vel *insula vittisque*, de quibus non attinet multa hoc loco dicere, cum non tam obvelando capitii, quam parti ejus superiori & posteriori tegendæ inserviverint. Eadem vero, cui tutulus usui *toga* quoque adhibebatur, speciatim *prætexta*, sive vestis talaris, cuius ora extrema purpura prætexebatur. Hanc enim non pueri solum gestabant ingenui, & magistratus, verum etiam sacerdotes, qui capitii illam inter sacrificandum obducebant. Huc spectat illud FABII x) : *sacrum prætextarum, quo sacerdotes velantur.* Græci ἵερατικὴν σολὴν dixerunt. ZOSIMVS y) : ἀμα τῷ παραλαβεῖν ἐπασον τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, η ἱεράτικὴ σολὴ παρὰ ιῶν ποντιφίκων αὐτῷ προσεφέρετο. καὶ παραχεῖμι τοντιφίξ μάξιμος ανεγέρθετο, ὅπερ ἐτὸν ἀρχιερεὺς μέγιστος. Simul atque summum imperium quisque consequbatur, stola ei sacerdotalis offerebatur a pontificibus ; O continuo Pontificis Maximi titulus ei tribuebatur. Hanc stolam induere solebant Imperatores Rom. sacrissimorum more, operaturi, eademque caput velare. Sic de Vespasiano memoriae propria didit

P 5

didit

x) *Declam.* 140.

y) *Histor.* l. IV. c. 36, p. m. 434.

didit J O S E P H V S z), ὅτι τῷ περιβλήματι τὸ πλέον ἡς καθαλῆς μέρος ἐστιαλυψάμενος (sic re-
Este legitur in editione recentissima pro eo,
quod in prioribus est, ἀποκαλυψάμενος) ἐν-
χάς ἐποιήσατο τὰς νεομισμένας, quod amictū
(stola pontificali) majorem capitum partem ado-
pertus solemnia vota celebraverit. Velamen au-
tem capiti præstabat non lacinia stolæ, sive
togæ, in illud rejecta, uti quidam arbitran-
tur, sed pars ejus superior, cervici conjuncta.
Hanc nimirum a cervice humerisque in ca-
put attrahebant, quod PLVTARCHO a) est ἄχει
τῶν ὄτων διαλαμβάνειν τὸ ιμάτιον uestem ad au-
res usque sursum attrahere. Quæ uberiorus decla-
rasse video & confirmasse Jo. GV. BERGERVM b).

§. V.

Capita autem Romani veteres in sacris ob-
velabant triplici potissimum de causa. Pri-
mum ut caverent ne quod profanum aut
infestius spectaculum, oculis exhibitum, eva-
gandi occasionem menti suppeditaret, aut ter-
rorem injiceret, animumque, in rei sacræ co-
gitatione defixum, distraheret atque obtur-
baret, vel &, ut abrumpenda prorsus essent

a) De bello Jud. I. VII. c. 5. p. 413.

b) loco supra allato

b) In dissert. de ritu capitis in sacris operiendi Witt-
1703. edita, ex qua plura peti possunt huc spectantia;

sacra, efficeret. Hæc ratio est, quam Hele-nus affert apud VIRGILIVM, cum ait:

*Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
(in sacrificio, ut exponit SERVIVS)*

Hostilis facies occurrat & omina turbet.

Quippe in sacris animum requiri judicabant ad id, quod ageretur unice intentum, & cui imago aliena nulla obversaretur; alioqui irri-tum futurum credebant sacrificium. Deinde aures quoque hoc pacto muniebant, ne qua vox mali ominis minusque auspicata & de-eora illis accideret, opus sacrum itidem inter-turbatura. Hoc illud Plutarchi *ἀριστον* est *ναι δύσφημον*, cuius arcendi causa caput Ro-manos operire idem tradit. Denique inerat quoque illi consuetudini pudoris *αντίκε* que submissi significatio, sicuti idem Plutarchus agnovit. Quasi enim coram viris versaren-tur in summo rerum humanarum fastigio collocatis, & qui rigidissimi simul essent morum exactores, ac summam postularent reveren-tiam, animum subjectissimum, ita in Deorum geniorumque, quos sacris utique praesentes interesse existimabant, conspectu nonnisi ve-recunde & submissè adstantum sibi esse arbitrabantur. Reverentiam vero & submissio-nem capite velato testari veteres consuevisse, notissima omnibus res est. Sed hæc iterum fusiū

fusius & more suo, erudite exposuit, quem
antea laudavimus, B E R G E R V S. Atque
haec de more Romano, qui comparandus nunc
erit cum Judaico.

§. VI.

Judæos, non secus ac Romanos olim, capite obvoluto Deo operari, in ipso jam docuimus tractationis hujus exordio. Mos enim gerendus magistris est præcipientibus : אֶן מִתְפָּלֵלַת תַּלְמִידֵי חֲכָמִים אֶלָּא מִתְעַטְּפָה Non orant discipuli sapientum (sapientes) nisi ve lati c). At quis eorum non cupiat esse sapiens ? Item : קָהָנִים הַמִּתְעַטְּפִים כְּשׁוּלִים sacerdotes obvelant se Tallis, cum suggestum descendunt d). Horum itaque decretorum vi, non solent ad preces fundendas vel sacri codicis lectionem, saltem in synagogis, accedere, nisi caput ante panno illo, quem supra descripsimus, obnupserint. Oportet vero morem hunc recentiori ætate, non longe certe ante extremum urbis Hierosolymorum excidium, adscitum ab illis fuisse, cum in sacris literis antiquiorique gentis historia nullum prorsus ejus appareat vestigium.

c) V. Maimonidem in *Hilchot tephillah* c. §.d) In *Piske Tosaphot* ad *Menachot* n. 150, Conf. Lightfootum in *Horis Hebr.* ad i. Cor. XI, v. 4, Tom. Opp. II, pag. 906

gium. Voluit quidem Deus, ut sacerdotes, sacra munia in tabernaculo temploque obeuntes, caput tegerent tiaris, **מְגֻבָּשָׁת**, de quarum materia & figura consulendi præ ceteris sunt Jo. BRAVNIVS e), HERM. van de WALL f), & Jo. CHRISTOPH. WICHMANSHAVSEN g); ast de capite pallio quodam convelando nusquam illis præceptum dedit ullum. Aliunde igitur, quam ex institutione divina, origo ritus derivanda erit. Quod si jam Romanos illum ab omni fere memoria coluisse nobiscum recolamus, & quidem ut genti ipsorum proprium, ac porro meminerimus, Judæis certa quadam temporis periodo commercium cum Romanis intercessisse arctius, eosdemque, simiarum more, externarum gentium instituta, quæ arriderent, adoptare fuisse solitos, causa jam erit, cur suspiceris Româ illum morem Hyerosolymana immigrasse.

§. VII.

Facile id foret per omnes ætates ostendere, quam studiosos se Judæi præbuerint rituum

ex-

e) In *de Vestitu sacerdotum Hebr.*

f) In libro singulari de *pileis, sive tiaris sacerdotum & pontificum Hebr.* Dordr. 1714 4.

g) qui binas de hoc argumento publicavit dissertationes, quarum una de *tiara summi sacerdotis*, altera de *tiariss minorum sacerdotum* exponitur. Wit. 1722.

exterorum, etiam tum, cum purior apud ipsos floreret religio, imitatores: Quemadmodum hodienum illi Christianos in multis, etiam sacris in rebus, æmulantur, ut ut infen-
sissimo in eos sint animo. Græcas cæremonias quam avide olim exceperint, alibi a no-
bis demonstratum est. Nec magis sane a Ro-
manis abhoruerunt, postquam amicitiam imo
fœdus cum populo Romano fecissent h), hu-
jusque subiecti essent imperio. Hac enim
tempestate multi, suis inservientes commo-
dis, magistratum Romanorum gratiam eo
ipso aucupabantur, quod moribus eorum,
iis saltem, qui recte tramite ad idolatriam
ducere non viderentur, feso accommodarent.
Quos secuti mox alii, rebus suis itidem con-
sulturi. Maximum vero ad Romanas consue-
tudines admittendas incitamentum Herodis
regis exemplum Judæis fuit. Is enim, ut Ca-
farem Romanosque tanto magis fibi devinci-
ret, complura eorum instituta in Judæam in-
vexit, nec sine detimento priorum. Testem
advoco JOSEPHVM, cujus hoc extat de Herode
judicium i): ὑπὸ δὲ τῆς Φιλοτιμίας καὶ τῆς Θεραπέ-
ας, ἣν ἐθεράπευε Καίσαρα καὶ ρωμαίων τὰς πλεῖστους
δυναμένας, ἐκβαίνει τῶν ἐθῶν ἡγαγνάζετο, καὶ πολ-
λὰ τῶν νομίμων παραχαράττειν, πόλεις τε κτίσαν
υπὸ

h) V. I. Maccab. VIII.

i) Antiquit. Jud. I. XV. c. 9. p. 772.

ὑπὸ Φιλοτιμίας καὶ ναὸς ἐγένεσαν, ἐκ εὐ τῆς τῶν
Ιεδάιων, ὃδε γὰρ ἀν ἡνέχοντο, τῶν τοιότων ἀπη-
γορευμένων ἡμῖν, ὡς ἀγάλματα καὶ τύπος μεμο-
Φωμένος τιμᾶν πρὸς τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον, τὴν δ'
ἔξω χώραν καὶ τὰς πόλεις ὅτας κατεσκευάζετο,
Ιεδάιοις μὲν ἀπολογούμενος, μὴ καθ' αὐτὸν, ἀλλ
ἔξι ἐντολῆς καὶ προσαγμάτων ταῦτα ποιεῖν, Καί-
σαρι δὲ καὶ Ρωμαίοις, τὸ μηδὲν τῶν ὄικεων ἐθῶν
ὅσον Γῆς ἐκείνων τιμῆς ἐποχάδαι χαρζόμενος, ἀν-
τὸς μέντοι τὸ σύμπαν αὐτῷ σοχαζόμενος, οὐ καὶ
Φιλοτιμόμενος μέντοι τὰ μνημεῖα τῆς αἰχνῆς τοῖς
ἄνθροις ὑπολέιπεθαι. Ex magnificentia studioque
demerendi Cæsarem & Romanorum potentissimos,
cogebatur à receptis moribus decadere & patria in-
stituta violare, dum & urbes ambitiosa sui ostend-
tatione conderet & templa erigeret, non hæc qui-
dem in Iudea, nam Iudei minquam tulissent,
cum nobis interditum sit statuas & simulacra Gra-
corum more colere, sed alias regiones & urbes ita
instruxit & ornavit, Iudeis semet quidem pur-
gans, quod non suapte sponte, sed ex jussis & man-
datis hæc faceret, a Cæsare vero & Romanis gra-
tiam iniens, quasi non adeo patriis moribus ac il-
lorum honori studeret, dum tamen ipse in summa
suæ utilitatis rationem habuit, operamve dedit, ut
illustriora sui dominatus monumenta posteris relin-
queret. Sic urbem, Stratonis turrim antea ap-
pellatam, magnifice instauravit Herodes, tem-
plis

plis ac statuis, theatro & amphitheatro exornavit, & cum absolvisset opus, in quo sumptus immensos profuderat, certamen instituit, Cæsari consecratum, quovis anno quinto, more Romano, celebrandum. k) Insuper aquilam auream magni ponderis supra portam pronai, in honorem Cæsaris dedicavit l) aliisque rebus, m) quantum Romanos eorumque mores coleret, abunde declaravit. Et quemadmodum fieri solet, ut regis ad exemplum ministri & ii qui parent universi sese componant, ita nullum est dubium, quin aulici præfertim, ut gratiam a rege inirent, suam in Romanos consuetudines propensionem quavis occasione ostenderint. Aulici vero quod agunt, id instar legis habent ceteri. Multitudini quidem initio consilium Herodis, multa novantis, admodum displicuit, odiumque adversus illum injecit ingens; effecit vero tandem rex sua in populum beneficentia atque liberalitate, ὥστε τὰ μὲν πάλαι μίση κινηθέντα, διὰ τὸ παραχαράττειν ἔνια τῶν ἐθῶν καὶ τῆς βασιλείας, ἐξαίρεθηναι γε παντὸς ἐθνεῖς, ἀντικαταλαγματὶ δὲ φάνεθαι τὴν ἐν τῇ βοηθείᾳ τῶν δεινοτάτων φιλοτιμίαν, ut odium vetus, quod concitaverat ob

qua-

k) V. Iosephum l. c. & lib. XVI. c. 5. p. 797.

l) Idem l. XVII. c. 6. p. 843.

m) V. c. missis Romanis filiis, ut in disciplinis Romanorum instituerentur.

quædam in receptis moribus & regno in ipso violata, ex animis populi universi deletum fuerit, si bique persuaserint ex ejus liberalitate abunde satisfactum esse, ope in malis gravissimis suppeditata, ut iterum JOSEPHVS loquitur. n) Ac quasi hereditarium in Herodis familia esset rerum Romanarum studium, ita filii quoque ejus illud præ se tulerunt, etiam cum legis patriæ despectione. Ita Herodes Antipas & Philippus tetrarchæ urbem o) in honorem Tiberii Cæsaris eo in loco, quo multa erant sepultra, considerunt, tribulumque suorum magnum numerum partim vi, partim pollicitationibus amplis ut eo demigrarent adduxerunt, licet probe nossent, ejusmodi loci, ut impuri, inhabitationem Judaicis legibus moribusque repugnare p). Nempe majoris illis erat Cæsarem demererri, quam Mosis revereri præcepta.

§. IIX.

Quod si vero exempla etiam aliqua affrenda sint consuetudinum, quas a Romanis Judæi adsumsere, producemos primo loco flagrorum supplicium, a Judæis eodem fere modo ac a Romanis exercitum, quodque ab his ad illos translatum videri, jam tum monui-

Pars III.

Q

mus,

n) *Antiqu. Jud.* l. XV, c. 9. p. 770.

o) *Tiberiadem*, prope lacum Gennesareth.

p) Josephus *Antiqu.* l. XLIX, c. 2. p. 873.

mus, cum ex instituto de hoc pœnæ genere disfereremus q). Deinde gladii pœnam, quam reæte QVISTORPIVM r) recentem inter Judæos statuere putamus, & tum demum ab iis recepitam, ex quo a Romanis sub jugum fuere missi. Nec movet me, ut aliter sentiam, Talmudicorum auctoritas, affirmantium s) רכתי באוּרִוָּתָא לֹא מִנְיָזֵד קָא נַמְרִין סִיף בָּאוּרִוָּתָא. Gladii poenæ in scriptura fit mentio: (indicandum fuerat, ubi) Ergo ex hac, non vero ab istis, gentilibus, illam didicimus. Nam vetustior illares est, quam ut docttor aliquis Gemaricus recens firmum validumque de fonte, unde promanaverit, perhibere queat testimonium: ac præterea mos hic apud Judæos Gemaricorum ætate jam invaluerat, ut consuetudinum peregrinarum, ab ipsis olim receptarum, veram originem dissimularent, honori ac gloriæ gentis suæ consulturi. Porro accumbendi morem in conviviis, Christi ætate apud Judæos usitatum, non aliunde, quam a Romanis profectum esse, egregie mihi semper visus est ostendisse HIER. MERCVRIALIS t). Intelligi hinc poterit, quare iidem in cena pa-

q) Observat. philol. p. I. p. 117.

r) In annotat. ad Act. XII, 2.

s) In Sanhedrin fol. 52, col. 2. Conf. Wagenseilium in Sota p. 125.

t) In dissertat. de accubitu & triclinio V. Cl. Zornii Biblioth. antiqu. p. 536.

paschali accumbere recentiori ævo soliti fuerint, non stare, uti quidem jussi fuerant a Mose. Neque enim singulare quidpiam, sed quod universæ gentis mos ferret, Christus fecisse putandus est, quando in cœna illa, una cum discipulis suis, *civenerit, accubuit.* u) Arbitrati scilicet Judæi, illum corporis reclinati sum. quo Romani inter coenandum uterentur, decere homines in libertatem assertos, non dubitarunt illum cœnæ adhibere paschali, cum hanc quidem in memoriam pristinæ ex servitute liberationis celebrarent. Noluerat igitur stantes amplius comedere agnum, & quicquid epularum præterea apparatus fuerat, quod stare servorum esset, ad cœnam ministrantium. In his igitur aliisque rebus Romanos imitati cum sint Judæi, ad exemplum aliorum populorum, suam vivendi rationem ad gentis illius vicitricis mores conformantium, quidni idem fecerint in ritu capitatis in sacris velandi, qui in se non modo nihil habebat profani, sed &, si eo fine, quo ipsi Romani ex parte, Judæi autem in universum illum usurparunt, exerceretur, aliquid religiosæ reverentiaæ.

§. IX.

Confirmari quodammmodo opinio nostra ex

Q 2

eo

u) Matth. XXVI, 20. cf. Theod. Dassovii dissert. de *accubitu ad agnum pasch.*

eo etiam potest, quod ejusdem materiæ pallium ad capita obnubenda adhiberent Judæi, ac Romani, puta laneum. Observatum solerti antiquitatis indagatori, BERGERO, est, x) tutulum e lana & velleribus fuisse confectionatum, quod lana & fila lanae sacræ in primis usibus subservirent, iisque veteres vim quandam singularem, inesse crederent. Pythagoras quidem ejusque discipuli impuras & contaminatas censabant vestes, e lana contextas, teste APULEJO y) qui *lineum textum*, inquit, *purissimum est rebus divinis velamentum*. Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, peccati detraicta, jam inde Orphei & Pythagoræ scitis, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter oprimos fruges terra exorta, non modo induitui & amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacræ usurpatur. At vero Romanis longe aliter visum fuit. Hi enim lanam, eam cum primis, quæ ex hostiarum pellibus tonderetur, puram judicabant reique divinæ ministerio convenientissimam. Hinc tutulum non minus quam togam s. stolam sacerdotalem, quæ sacrae rei intenti capiti obducebant, ex illo genere contexti moris erat. Pari modo Judæi Tallis suum ex lana parare solebant ovilla

x) In dissert. cit. §. 16,

y) In *apologia* p. m. 290,

ovilla vel agnina z) Locupletiores quidem
hodie sericum gestare videoas, sed audias quo-
que passim conqueri religiosiores, quod con-
tra morem illud fiat institutumque majorum.
Mirum vero quod, cum vestes Hebraeorum
sacræ omnes ex lino olim constiterint, hoc a-
amiculum, quod in vestibus sacris haud im-
merito numeres, laneum fuerit. Nec video,
quæ causa ejus rei afferri possit melior, quam
si velaminis illius (quod, ut a ueste quadam
quadrangula interiori, itidem טלית dicta, di-
stinguatur, f. velamentum majus vo-
care consueverunt,) usum Judeos a Romanis
mutuatos esse dicamus. Nempe ut usum is-
tius pallioli, ita materiam quoque eandem
esse voluerunt, ac tutuli, vel quicquid illud
esset, quo Romani ad caput involvendum u-
terentur.

§. X.

Finem denique ritus si spectes, eum quo-
que Judæi cum Romanis communem habu-
ere. Hos enim supra accepimus tum alias
ob causas, tum hoc quoque consilio vultum
in sacris velasse, ut & pudorem & reveren-
tiā suam Diis testata facerent. Nec diver-
so fine idem fecerunt Judæi. Ajunt enim

Q. 3

do-

שׁב לוחות אורה חייכ fol. 1. & 2. & 38. Conf. Buxtorfi syn. Jud. c. 9.

חבירוּת מתעטפין ווושבון : (a) doctores a)

כabhängigים וכמנזין כבני ארם הנזוף למקומם

Religiosi homines obvelant se, adeoque lugentium, excommunicatorum, hominumque instar sese gerunt, quos Deus objurgavit. Scilicet ut solent pudefacti vultum demittere, vel quocunque modo tegere, ita nolunt Judæi, criminum suorum sibi consciis, facie aperta coram Deo comparere. Sed & reverentiæ notam indiciumque idem mos habet : quod Glossa submonet ad hoc magistrorum editum b) :

חננס לבקר את החוליה לא ישב לא עג מטה ולא על גבי כסא אלא מתעטף ווושב לפניו מפני שכינה לעלה מראשוינו של Cumחוליה שנאמר זה יסערנו על ערש רוחquis ad agrotum aliquem, ejus visitandi causa, accessit, ne sedeat neque super lectum neque super cathedram, sed velet se, ¶ assideat coram illo, quoniam maiestas divina est super cervical agrotantis, prouti dicit psaltes c): Deus suffulciet eum in sponda languoris. Hic enim ad illud velet se, observat RASCHI, fieri illud debere מאימת שכינה נארם הוושב באהמה ואין פנה ex reverentia erga numen supremum, ad morem hominis, in timore ver-

b) In Schabbath. fol. 12. col. 12.

c) Ps. XL, 4.

Santis, qui non respicit hac aut illac. Ut vero reverentiam erga Deum suam isto modo significant, magis etiam impulisse eos credo exempla Mosis & Eliæ, quorum ille cum vocem Dei ex rubo ardente audiret, **הסוחר פניו** abscondit s. texit faciem suam, d) scilicet **בעבור ראותו** propter timorem Dei, ut **ABEN ESRA** monet, hic cum Deus præter illum in sonitu transiret tenui, eadem ex ratione **ילט פניו** faciem suam involvit pallio suo e)

§. XI.

Nescio an istam Judæorum consuetudinem in exemplum traxerit ecclesia nostra, in qua orantes faciem novimus itidem obtegere, ac viros quidem pileo, feminas vero utcunque possunt, vel oculos saltem demittere, imo claudere. Quanquam hic ea potissimum vallet ratio, quam Romanis supra primo loco assignavimus, ne quid scilicet oculis occurrat, quod obturbare possit animum profanasque in eum cogitationes demittere.

Q 4

OB-

d) Exod. III, 6.

c) 1. Reg. XIX, 13.

OBSERVATIO III.

DE

FICTO SACERDOTE JV-
DÆORVM CASTRENSI, SIVE
BELLI CAVSA VNCTO.

§. I.

Inter varios eorum, qui sacerdotio olim apud Judæos præfuerunt, ordines, primus a Pontifice Maximo tribui solet locus *לכהן משוחר מליחמותה* h. e. *sacerdoti castrensi*, sive *belli causa uncta*: de quo primum quæ vulgo tradunt Judæorum magistri ex ipsorummet monumentis commemorabo, deinde quid judicandum videatur, paucis exponam.

§. II.

Ferunt itaque, quotiescumque in bellum proficeretur populus Israeliticus, sive arbitriatum illud esset, sive ex præscripto Dei necessario gerendum, a) semper eum sacerdotem

- a) Dividere Iudæi bellum solent in *מלחמות מצור* *מלחמות ארץ ישראל* *bellum præcepti*, quod & *bellum de terra Israelitica occupanda* vocant, & in *מלחמות חרות* *arbitriatum*. Ad illud, ad-
ver-

tem sibi aliquem delegisse, qui, postquam oleo sacro inunctus eslet, in expeditionis veniret societatem, eosque, quibus vacationem a militia lex concederat, ex exercitu discedere publice juberet, reliquos vero hortaretur, ut omni abjecto metu fortiter cum hostibus congrederentur, divino freti auxilio. Sed praefstat haec Maimonidis, scriptoris gravissimi, qui quæcunque a veteribus Judæis, præsertim a Talmudicis, obscurius & inordinatus memoriae fuere prodita, perspicua, concinna atque eleganti oratione complecti solet, praefstat, inquam, hujus quam nostris verbis paulo uberiorius haec exponere. Ita vero ille b):

אֶחָד מלחמת מצוה ואחד מלחמת חרותות ממנין כהן לרוב אל העם בשעת המלחמה ומישוחן אורתו בשמן המשוחה הזרו והנקריא משוח מלחמה שני פעמייס מרובר משוח מלחמת אל העם אחת בספרبعث שיזצאין קורט שירכו המלחמה אומר לעם מ ראייש אשר נטע

Q 5

versus veteres Palæstinæ colonos, sive septem gentes interneconi devotas, Amalekitas item & aggressores Israëlitarum quosvis gerendum, ipso Dei mandato adstrictos se fuisse confirmant; ad hoc vero, finium proferendorum gloriaeque gentis amplificandæ causa fuscipi solitum, decreto regis atque synedrii V. Sot a c. IIX. §. 7. Maimonidem in *hitchot melachim umilchama* c. V. §. I.

b) Loco modo cit. §. 7. Conf. *Sotah* c. 8. Abarbanellem in *Perusich battora*, f. 301.

נתן כרם ולו ז חללו וגנו' כשישמעו ובריוו
 יחוור מעורכי המלחמה ואחת בעורci המלחמה
 אומר אל תיראו ואל תפחו: בעת שעורכין
 המערכות והם קרבין להלחם משוח מלחמה
 עומד במקומם גבוח וכל המערכות לפניו
 רואם' להן בלשון הקרו' שמע ישראל אתם
 קרבין היום למלחמה על אויביכם אֶלְעָזָר
 יוך לבבכם אל תיראו ואל תפחו ואל תערכו
 מפניהם כ' ה' אלהיכם הווילך עמכם
 להלחם לכם עם אויביכם להוציאו אתם
 עד כאן אומר משוח מלחמה וכחן אחר תחתיו
 משמעו איתו לכל העם בקול רם ואחר כך
 מדבר משוח מלחמה מי האיש אשר בנה
 בית חזש וגנו' ומוי האיש אשר נתן כרם וגנו'
 ומוי האיש אשר אורש וגנו' עד כאן משוח
 מלחמה מדבר וושוטר משמעו לכל העם
 בקול רם ואחר כך מדבר וshootר מעצמו
 ואומר מי האיש היורא ווך הלכבר וshootר אחר
 משמעו לכל העם ואחר שחזרין כל הפטוריין
 מעורכי המלחמה מתקנין את המערכות *Tum
in præcepto tum in arbitrario bello sacerdotem aliquem constituant, qui populum in expeditionem educendum alloquatur. Hunc oleo inungunt sacro (quo reges & pontifices urgi moris erat) appellantque unctum belli causa. Is igitur bis ver-*
ba

ba facit ad exercitum, primum ex libro (Deuteronomio) cum iter ingreditur exercitus ante quam aciem instruant; ac tum quidem proclamat: c) Si quis vineam plantavit, ejus tamen fructus in usus suos convertere nondum cœpit cet. *Talis igitur, verbis his auditis, ex exercitu discedit. Deinde sic hortatur milites reliquos: Ne timeatis, neque trepidetis. Cum vero ordines jam disponunt, præliumque mox commissuri sunt, idem sacerdos, consenso loco quodam edito, coram acie universa Hebraice exclamat: Audite Israëlitæ, proceditis hodie in prælium adversus hostes vestros, ne mollescat cor vestrum, ne timeatis, ne trepidetis, neve eos formideatis. Jehova enim Deus vester vobiscum vadit, pro vobis cum hostibus vestris pugnatrus, ut vos servet. Hæc ubi dixit sacerdos castrensis, mox alius sacerdos, eidem subordinatus, eadem verba clara voce per totum proclamat exercitum. Tum denuo sacerdos castrensis sic fatur: Si quis est, qui domum ædificavit novam cet. aut si quis est, qui vineam plantavit cet. aut si quis denique uxorem sibi desponsavit, cet. Postea apparitor aliquis idemque præco eadem coram omnibus, (ut singuli distincte audiant) alta voce repetit. Tum idem præco, nemine præente, acclamat: Si quis timidus est animique mollieris cet. quæ deinde verba præco alijs exer-*

citui

c) Leguntur hæc & reliqua, quæ proclamanda sacerdoti castrensi fuere, Deut. XX, 3. sqq.

citui universo iterat. Atque hoc factō, postquam omnes, quibus e militia abeundi licentia data est, discesserunt, aciem (e militibus ad signa remanētibus) componunt.

§. III.

Vt vero, quare proclamari hæc coram & in exercitu debuerint, intelligatur, repetendum ex jure Hebræorum est, quatuor hisce hominum generibus immunitatē a militia datam fuisse. (I) Iis, qui domum novam ædificassent, neandum tamen dedicassent, quoniam hi præ nimio novarum ædium, quos magno labore sumtuque exstruxissent, inhabitandarum desiderio, non nisi inviti in castris versari, ac diuturniores belli molestias tolerare non posse censebantur. (II) Illis qui vineam plantassent, fructibus vero ejus vesci nondum cœpissent: id quod per leges d) non nisi quinto a plantatione anno fieri poterat. Nam his quoque cupiditatē fructuum ex labore suo percipiendorum obstat, quo minus pericula belli alaci & forti animo adirent, sapienter judicaverat legislator. (III) Iis qui uxorem sibi despōssasset, neandum tamen domum duxissent: quippe quos amor sponsæ, non nisi conjugio inito satiandus, diutius domo abesse non fineret, sed quotidie istuc revocaret, adeoque patientia laborum tædio-

d) Levit. XIX, 24, 25.

tædiorumque longiori, militi per necessaria, privaret. (IV) Denique timidis, cum metendum esset, ne eodem animi vitio commilitones illi suos inficerent, aut fugiendo saltem ordines rumperent ac disturbarent: quæ res facilem reddere solet hostibus victoriam. Ut igitur ad signa non nisi ii remanerent, qui cupiditate desiderioque a militia alieno non tenerentur animoque prædicti essent forti, sapienti lege cautum fuerat, ut securus affecti domum discedere juberentur. Hanc igitur ius sionem singulari cùdam sacerdoti præcipue demandatam fuisse Rabbini afferunt. Qui licet dignitate inferior esset Pontifex Maximo, quinque tamen ei privilegia e) cum hoc communia fuisse perhibent. (1) *quod caput non denudaret.* (2) *nec vestimenta discinderet.* (3) *nec ob cognatorum obitum fæse pollueret.* (4) *virginem eum ducere* (5) *a vidua abstinere oporteret.* Ita certe tradidit MOSES KOTZENSIS. f) Addi hoc etiam potuisset, quod oleo etiam sacro, quo solus alioquin inter sacerdotes imbuebatur summus Pontifex, inungeretur. Ceterum perpetuam & hereditariam sacerdotis castrensis dignitatem fuisse, belloque finito amplius durasse negant. g)

§. IV.

e) Levit, XXI, 10. sqq. Pontifici Maximo assignata.

f) Apud Wagenfeilium in *Sota* p. 842.

g) Vid. Ioan. Seldenum *de successione in pontificatu* I, II, c. 1.

§. I V.

Quam vero parum certa, quamque audacter conficta hæc videantur, non difficile erit ostendere. Ante omnia igitur illud diligenter expendendum est, quod ipsi fateantur Judæi, sacerdotis castrensis munus non nisi illis temporibus, quæ templi Salomonici eversiōnem præcesserunt, in usu, & cum illo simul abolitum fuisse. Nam ut sacerdos talis rite constitueretur, opus omnino fuisse ajunt oleo illo sacro, de cuius compositione Ex. XXX. agitur. Hoc autem istis annumerare solent rebus, quæ in templi primi excidio interierint, vel occultatæ saltem fuerint. Scribunt enim *תניא משנגןן ארן נגנ' צנכרן* ^{h)}: *המן וצלחות שמן והמשחה ומכלו של אחרן שקדים ופירותם וארכן ששגורו פלשתים רורין לאלקי ירושאל*. Traditum est, ex quo arca fæderis abscondita fuit, (hanc nimirum aliqui Josiam jam tum regem abscondisse, alii vero Jeremiam prophetam incendio eripuisse volunt, & in loco quodam occulto depositisse) absconditam simul fuisse urnam mannae ⁱ⁾, lecythumque olei unctionis sacræ, & baculum Abaronis cum amygdalis floribusque suis ^{k)}, & capsulam illam, qua munera Philistæ Deo Israelis miserunt

h) In *Critiħur f. 5, col. 2.*i) De hac vide *Exod. XVI, 33.*k) *Num. XVII, 23.*

בבorth שn : 1) MAIMONIDES m) : לא הור שם שמן המשחה הור כהן גROL מתרבה בלבושת נגידות כלבו שזוה Stante templo secundo quoniam oleum unctionis sacrae non extitit, Pontifex indutis tantum vestibus pontificalibus inauguratus fuit. ABARBANEL n) : הכלים האלדיים שזו בקדש הקדושים שם ארון ברית השם הלוחות כתובות באצבע אלחים וספר תורה משה שהיתה נתן בערו של ארון וצלוחיות שמן המשחה שהור אצלו אותם הקדושים כולם נגנו בחרבן בית רשות Vasa divina, quæ erant in sancto sanctorum, puta arca foederis, tabula digito Dei exarata, liber legis Mosaicæ, juxta arcam repositus, ad juncta huic lecythus olei unctionis, hac, inquam, sacra omnia abscondita fuere in excidio templi primi. Nec unquam ausi postea fuere Judæi, templo licet cultuque Dei publico post exilium Babylonicum restauratis, oleum illud sacrum de novo confidere, quod vel metuerent, ne in speciebus, quæ ad illud requererentur, componendis a mente Mosis aberrarent, vel non æque efficax futurum illud crederent, ac pri-

1) i. Sam. VI, 8.

m) In Cle mikdash c. I. §. II.

n) Commentar. in Daniel. fol. 64. e. 4.

stimum illud, quod Mosis ætate elaboratum fuit. Hoc nimirum durasse contendunt usque ad primi templi destructionem, adeoque per nongentos circiter annos. Eam igitur ob causam sacerdotem castrensem inde a delecto Salomonis templo creari potuisse negant, quod ille alio, quam solo unctionis ritu, inaugurari minime posset. Consequitur hinc, nisi vel lex divina de sacerdote quodam belli causa ungendo diserte aliquid præcipit, vel exemplum ejus aliquod historia sacra antiquior commemorat, quicquid de officio isto referunt scriptores Judaici recentiores, quales Talmudici sunt, & qui post eos ætatem egerunt, illud omne eos vel ex ingenio suo confinxisse, vel ex longa quadam traditione accepisse. Dispiciendum igitur nobis erit, an vel legis mandato, vel exemplis, vel traditionis fide suam illi narrationem satis firmiter tueri possint.

§. V.

Primum illi ac præcipuum relationis suæ præsidium atque firmamentum ex hac petere solent lege : *Quando ad prælium progrediemini, tum SACERDOS accedet, populumque in hunc modum alloquetur : Audite Israelitæ, proceditis hodie ad prælium contra hostes vestros, ne mollescat cor vestrum, ne timeatis, ne trepidetis, neve eos formidetis. Jehova enim Deus vester vobiscum vadit.*

vadit , pro vobis cum hostibus vestris pugnaturus,
ut vos servet . Tum etiam apparitores s. præco-
nes populum alloquentur cet. o) Hic enim sa-
cerdotis voce confidenter affirmant sacerdotem
designari talem , qui istius negotii causa oleo
sacro peculiariter inungendus sit . Ita Mischni-
ci p) , verba ex lege illa afferentes hæc :
רְגָשׁ זֶה כֹּהן accedit sacerdos , diserte addunt :
מִשּׁוֹת מַלחֲמָה hic est sacerdos belli causa unctus .
Nec aliter interpretandam vocem duxerunt
M A I M O N I D E S , R. **S A L . I S A A C I D E S** ,
A B E N E S R A , **A B A R B A N E L** & complures
alii . Ecquis vero credat , si hoc postulasset
Moses , ut sacerdos , animum Israelitis prælia-
turis oratione sua additurus , unctione qua-
dam peculiari ad solam istam functionem ri-
te obeundam inauguretur , eum lectoribus
suis divinandum illud relinquere voluisse po-
tius , quam claris verbis indicare ? Itaque per
sacerdotem illum ipse potius intelligendus erit
summus pontifex , **הַכֹּהן** dictus **νατ' ἐξοχήν** . Nam
quotiescumque sacerdotis mentionem fine ad-
jectione faciunt scriptores Hebraici , nec ex
aliis indicis appareat , de sacerdote aliquo greg-
ario agi , sermonem illis esse certum est de
Pontifice Maximo . Sic de eo , qui Aharoni

Pars III.

R

in

o) Lex integra perscripta extat Deut. XX, 1-10.

p) In *Sota* c. I. §. I.

in pontificatu successurus esset, dicitur חַנְןָתָן תְּחִתָּיו (q), & de Eleazaro in locum parentis surrogato: וַיְכֹהֵן אֶלְעָזָר בֶּן תְּחִתָּיו *sacerdotio summo potitus est post eum,* r) Pari modo qui Græce scripserunt αὐχειρέως & ἵστημα appellatum promiscue usurparunt. Scriptor certe apocryphus libri III. Esdræ, Esdram quem paulo ante ἵστημα dixerat, mox αὐχειρέα, vocat s): & Achimelechum Josephus modo ἵστημα modo αὐχειρέα appellat. t) Voluit igitur Mofes, cum nosset pontificis cohortationem non parum valitaram esse ad incitandos Israëlitarum animos, voluit, inquam, ut ille oratione ad populum, cum hoste mox congregaturum, habita, metum omnem ei adimeret, & ad fortiter dimicandum calcar adderet. Proclamationem vero illam, qua qui ædes nuper construetas habitare nondum cœperissent, ex vinea sua fructus nondum percepissent, uxorem desponsatam domum ante expeditionem non duxissent, ac meticuloſi denique e militia abire juberentur, præconibus permisit. Ut ita Judæi, quando hanc quoque a sacerdote suo castrensi suscipi debuisse afferunt, tale ei assi-

q) Ex. XXIX, 30.

r) Deut. X, 6.

s) Cap. IX, v. 39.

t) Antiquit. Jud. I. VI. c. 14.

assignent officium, quod divinus legislator sacerdoti minime demandavit, imo infra hujus dignitatem esse judicasse videtur. Patet igitur, in lege nihil esse, quo facerdotis belli causa uncti officium constabiliri queat.

§. VI.

Nec poterunt Judæi ex historia gentis suæ vetere ullum facile sacerdotis ejusmodi producere exemplum. Pineasum quidem, Eleazar filium, Aharonis nepotem, provinciam illam administrasse Gemarici non hæsitanter affirmant. Etenim nomini ejus commemo-rato subjiciunt u): *זה משוח מלחתמן* *hic unctus belli fuit*: quod repetitum video a R. SAL. ISAACIDE. x) Nituntur scilicet eo, quod de Pineaso narratur y), eum, Mosis jussu, in bellum adversus Midianitas profectum esse, cum vasis, sive vestibus sacris & tubis. Colligunt enim hinc magna licentia, partes has Pineasi fuisse proprias, pridem ante ei demandatas, ut exercitui adesset, vel, quemadmodum ipfi loquuntur, ut sacerdotis *משוח מלחתמן* munia obiret, non cogitantes, Pineasum tunc, non quod muneris ratio sic

R 2

exi-

u) In *Sota* fol. 43, col. i.x) In *commentar.* ad Num. XXXI, 6.

y) Num. l. c.

exigeret, sed ut ipsius pontificis vicem gereret, atque hujus loco præsentia & sermone suo copias Israeliticas ad rem strenue gerendam excitaret, bello isti interesse jussum fuisse. Hæc sane causa est, quare datae ei fuerint **כָּלִים** **הַקְרֵדָה** h. e. *vestes pontificales* z), ut scilicet externo etiam habitu pontificem referret, eoque majoris verba ejus apud populum auctoritatis essent atque ponderis. Alioquin ipsi Pontifices Maximi exercitui sese adjungebant, quod tum ex aliorum tum ex Ahiæ exemplo constat a); quoniam vero ad illam expeditionem non totus Israeliticarum exercitus, sed pars tantum ejus exigua, ex singulis tribubus millenni adhibebantur, non necessarium duxit Moses ipsum ad eundem alegare pontificem Eleazarum, sed sufficeret arbitratus est, si filius ejus, Pineas, mitteretur. Quare, cum alia desint, Pineasi exemplo sacerdotem suum castrensem tueri Judæi neutiquam poterunt.

§. VII.

Sola igitur illis supereft traditio, ad quam provocare possint, asseverantes, sic a majoribus

z) De his voces illas interpretari malim, quam de tubis, cum haec a vasis sacris l. c. aperte distinguantur. **כָּלִים** usitatissima Judæis fuit *vestium* appellatio.

a) 1. Sam. XIV, 3. 18. 37.

bus se suis accepisse, quod, licet mandatum legis expressum de sacerdote quodam castrensi constituendo nullum extet, moris tamen fuerit eum constitui. Ac fateor, tribuendum saepius non parum esse traditionibus Judaicis. Sic v. c. Talmudicis non temere deneganda fides est, quando structuram templi, ministerii sacri rationem atque ordinem, resque infinitas alias, quas salva vidit Judæorum res publica, operose describunt, licet testes ipsi minime sint oculati. Tradita enim hæc illis per manus fuere a doctoribus antiquis, e. c. Hillele & Schammæo, quorum actas in ea tempora incidit, quibus & templum & res publica in flore suo perfisterunt. At vero, cum de negocio agitur ad illam tempestatem pertinente, quæ exilio Babylonico prior fuit, quæ nostrum illud est, traditiones, quæ inde profectæ venditantur, sublestæ merito habentur fidei. Nam illa calamitate adeo turbata fuere omnia, ut rerum superiorum fere omnium memoria, nisi quam sacri conservarunt historici, interierit.

§. IIX.

Quocirca, cum neque ex lege, neque ex historia gentis Judaicæ litteris consignata, neque ex traditione ostendi ullo modo possit, e sacerdotum grege aliquem ad id solum oleo sacro perfundi consueuisse, ut populum, ex-

R 3 pedi-

peditionem suscepturn manumque cum ho-
ste conserturum, certis ac præscriptis formu-
lis alloqueretur, quicquid hac de re garriunt
scriptores Judaici, illud omne in figmentis nu-
merandum erit. Credo doctorem aliquem
otiosum ingenium in eo suum experiri & os-
tentare voluisse, ut ex loco Deuteronomii
supra allato novam aliquam personam sacram
extorqueret effingeretque, de qua alii non-
dum cogitassent. Nam id laudi ducebatur
magnæ, si quis ex lege aliqua vel quocun-
que scripturarum sacrarum dicto tale quid,
quod aliis nondum perspectum esset, artifi-
ciose, sicut si cœtè, eliceret, atque hoc pacto,
quam ad comminiscendum ingeniosus esset,
ostenderet.

OBSERVATIO IV.
DE
LINGVA DEORVM, HO-
MERO CELEBRATA.

§. I.

Discrimen, quod inter linguam Deorum ho-
minumque HOMERVS facit, optime
CHRIST. HENR. POSTELLVS, elegantis
doctrinae ICTUS, unum esse judicavit a) ex

a) In *Anmerckungen über die lüttige Jano* p. 367. Ex
quo

illis poematis Homeric momentis, quæ diligenti & accurata consideratione præ ceteris digna sint, & ex instituto illustrari mereantur. Nec erit facile quisquam tam omnis antiquitatis incuriosus, tamque morosus Homeric contemptor, quin aliqua teneatur cognoscendi cupiditate, quodnam illud sermonis genus sit, quo Deos uti poeta prohibet, quodnam item illud hominum: adeo rēs illa ad studium omnium provocandum comparata est. Non poenitendum igitur me operam suscepturnum duxi, si argumentum illud nobile commentatiuncula quadam explicare instituerem. Ac faciam id nunc brevi, pleniorem ejus explanationem occasione aliū reservans.

§. II.

Præmitti vero oportebit quatuor illa Homericā loca, quibus Deorum ab hominum lingua diserte poeta distinguit. Primus hic est: b)

Ωχ' ἐπατόγχειρον καλέσας ἐς μακρὸν ὄλυμπον

Οὐ βειαζέων καλέστι θεοῖ, ἀνδρες δέ τε πάντες

Αἰγαῖνι. ὁ γάρ ἀντε βίην καὶ πατρὸς ἀμέινων.

Mox centimanum vocans ad altum Olympum,

R 4

Quem

quo commentario nonnulla, quæ instituto nostro inservire videbantur, huc nos transtulisse palam profitemur.

b) II. I. v. 403.

*Quem Briareum vocant Dii, homines vero omnes
Aegaeona. ille enim tunc viribus suo patre prae-*
stantior erat.

Loquitur hæc Achilles ad matrem suam Thetidem, in memoriam ei revocans, quam utiliē tunc ipsa Jovi præstiterit operam, cum cœlites eundem, conjuratione facta, in vincula conjicere constituerint, quippe quæ in auxilium ejus gigantem quendam fortē atque robustum advocaverit. Alter locus talis est c):

*Εἰτι δέ τις προπάροιθε πόλησ αὐτεῖσι κολώνη
Ἐν πεδίῳ ἀπάνευθε περιόδομος ἐνθα καὶ ἐνθα,
Τὴν οἵτοι ἄρδες βατίσιαν κικλήσπισσων
Αθάνατοι δέ τε Κῆμα πολυσκάρφυμοι Μυρίννης,
Ενθα τότε Τεῷές τε διένεργεν ηδὲ ἐπίνυχοι.*

*Est autem quidam ante civitatem (Trojam) alius tumulus,
In planicie seorsum, circum hinc & inde:
Quem quidem homines Batieam vocant,
Immortales autem sepulcrum agillima Myrinnes.
Ibi tunc Trojani distincti fuere, & auxiliares
milites.*

Tertius : d)

Ενθ' ησ' ὄροισιν πεπυκασμένος ἐιλατίνοισιν,

Ορ-

c) II. II. v. 811.

d) II. XIV. v. 289.

Ορειθί λιγυεη ἐναλίγυνος, ηντ' ἐν ὄφεσσε
 χαλιδα πιπλήσκεται θεοί, αὐδρες δὲ κύμινδιν
Ibi sedit ramis opertus abiegnis (Somnus),
Avi argutæ similis, quam in montibus
Chalcida nominant Dii, homines autem Cymin-
din.

Quartus : e)

Αντα δ' ἄρε Ηφαίστου μέγας ποταμὸς Βαθυδίνης
 ον ξάνθον καλέστι θεοί ἄδρες δὲ σκάμανδρον
Contra vero Vulcanum magnus fluvius, altos
vortices habens,
Quem Xanthum vocant Dii, homines autem
Scamandrum.

His igitur quatuor locis linguae Deorum ho-
 minumque simul meminit Homerus ; sunt
 vero præterea duo, quibus lingua Deorum se-
 paratim memoratur, ita, ut humani sermonis
 nulla injiciatur mentio. Sic Ulysses de her-
 ba, quam a Mercurio acceperat, ut adversus
 Circes incantationes illa se muniret : f)

Ρίζη μὲν μέλαν ἔσπε, γάλακτι δὲ ἔινελον άνθος
 μῶλυ δὲ μιν καλέστι θεοί χαλεπὸν δέ τ' ὄρυσ-
 σειν
 Ανδεάστι γε θυητοῖσι. θεοί δέ τε πάντα δύναν-
 ται.

R 5

Ra-

c) Il. XX. v. 73.

f) Odyss. X. v. 304.

*Radix quidem nigra erat, laeti quidem similis
flore.*

*Moly autem vocant Dii : difficile vero effossum
Viris utique mortalibus, Dii autem omnia pos-
sunt.*

Alter locus is est, quo Circe Vlyssi inter alia
ait: g)

*Ενθεν μὲν γὰς πέτραι ἐπηρεόεσ, προτὶ δ' αὐταῖς
Κῦμα μέγα ροχθέι κυανώπιδος ἀμφίτειτος.*

Πλαγυταῖς δῆ τοι τάς γε θεοὶ μάνασες καλέσαι.

Ibi quidem petræ excelsæ, ad eas autem

Fluctus ingens resonat cœrulei maris :

Vagas profecto eas Dii beati vocant.

Hæc illa sunt, quæ de lingua Deorum Homerius habet. Singula vero curate ut excutiamus, cum instituti nostri brevitas haud permittat, præcipuum curam iis impendemus versibus, quibus quartum locum tribuimus. hi enim omnium maxime utiles nobis esse poterunt, ad notitiam quandam linguæ Deorum hominumque comparandam.

§. III.

Itaque fluvii cujusdam magni & profundi, prope Trojam labentis, cum meminit Homerius, duo illum gerere testatur nomina, unum quo Dii, alterum quo homines appellare eum soleant; illos enim XANTHVM, hos S C A-

MAN-

g) Odyss. XII. v. 59.

MANDRVM nuncupare. Is fluvius unde oritur, & quo delabatur, optime nos docere potest DEMETRIVS Scopinus, quem STRABO ipse locorum istorum peritum prædicat, quippe ibi natum. Sic vero ille h): Ετι λόφος τις τῆς Ιδης κότυλος. ὑπέρεμεται δ' ἔτος ἔκατον πεντακισκεκοκοτοι σαδίοις Σκύψεως. ἐξ ὅν ὁ, οὐ Σκάμανδρος εῖτι ικαὶ ὁ Γεανιὸς, ικαὶ Αισηπός. οἱ μὲν πρὸς ἄρχονταν ικαὶ τὴν Προποντίδα ἐν πλειόνι πηγῶν συλλειθόμενοι, οἱ δὲ Σκάμανδρος ἐπὶ δύσιν ἐν μιᾶς πηγῆς. Collis quidam Idæ est (non illius in Creta, sed alterius in Asia minore montis, e regione Hellenponiti siti), nomine Cotylus, supra Scopin stadia circiter CXX. situs. ex eo manant Scamander, Granicus & Aesepus. hi quidem versus septentrionem & Propontidem e pluribus fontibus confluentes: Scamander ex unico, versus occasum. Ac ostia quidem ejus STRABO i) juxta portum Achæorum ponit, qui ad mare Aegæum erat, in littore Troadis, contra Tenedum insulam. Ex quo apparet, Scamandrum fluvium Troadem universam (nam in hujus fere finibus orientalibus positus mons Ida erat) ab ortu in occasum permeasse. Pertinuit igitur ad Phrygium regionem, ut pote cuius pars quædam Troas

h) Apud Strabonem Geograph. l. XIII. p. 602.

i) l. c. p. 595.

Troas fuit. STRABO : k) Η ἐντὸς Αλυσος χάρα λεγομένη περιέχει Παφλαγόνας τε καὶ βιθυνάς καὶ μυστὰς, καὶ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ λεγομένην Φεργίαν, ἣς ἔστι καὶ ἡ Τεράξ. Regio intra Halyn continent Paphlagones, Bithynos, Mysos & Phrygiam Hellestante (ut solent vocare) imminentem, cuius est etiam Troas. Iam nomen fluvii hujus geminum manu quasi ducere nos poterit ad cognoscendum, quæ, ex Homeri mente, lingua Deorum sit, quæ item illa hominum, si illud præstruxerimus : Ea lingua, ex qua, εἰνθε appellatio petita, Deorum est, ea vero, ex qua Σκαμάνδρος nomen ortum, hominum. Quod eo magis ut concedatur postulare possumus, quo clarius est, illam vocem Deorum, hanc vero hominum dialecto ab Homero assignari. Quod si igitur ostendi v.c. posset, εἰνθὸν vocabulum esse Hebraicum, Σκάμανδρον vero Aegyptiacum, recte quis colligeret, Hebraicam linguam Diis ab Homero adscribi, Aegyptiacam vero hominibus. Similiter si docuerimus, prius Græcum esse, posterius vero Phrygium, dubitari vix poterit, quin sermo Græcus *divinus* Homero appelletur, Phrygius vero *humanus*. Atqui hoc puto nullo negocio posse demonstrari.

§. IV.

k) Geogr. l. II. p. 129.

§. I V.

Ξανθὸς vocem esse origine Græcam, *flavum-*
que sonare, luteum atque rufum, norunt om-
 nes, qui in litteris Græcis non plane sunt hos-
 pites. Ac nomen ex illa Græci dederunt
 fluminibus quibusdam, nempe talibus, quæ
 multum luti, flavo rufoque colore aquam
 tingentis, vel & arenæ flavæ secum veherent.
 Ea certe ex ratione amnem quendam Lyciæ
Xanthum appellantl), nec disparem eos cau-
 sam impulisse credo, cur hunc Troadis flu-
 vium *Ξανθὸν* nuncuparent. Non igitur inde
 repetenda erit appellationis ratio, quod qui
 flumine illo lavarentur flavi, h. e. pulcri (nam
 flavum colorem pulcritudinis Græci censem-
 bant notam) aut quod fruges juxta eundem
 crescentes flavæ efficerentur, s. maturæ, aut
 quod Venus, ante Paridis judicium illo lo-
 ta, comam retulerit flavam, quæ *EUSTA-*
THII sententia est, aut denique, quod oves
 inde bibentes fulvas efficeret, ut *AELIANVS*
 contendit. Habuit ejusdem naturæ fluvi-
 um Syria quoque, nomine Adonidem: de
 quo auctor libri *de Dea Syria*, m) qui *LVCI-*
ANVS esse falso creditur, n) viri cuiusdam
 Byblii fide, hæc narrat: Ο Αδωνις ὁ ποταμὸς

diā

l) V. Strabonem *Geogr.* l. XIV, p. 665.

n) Non longe a principio

n) Quod clare ostensurum me spero in nova, quam ap-
 paro, libelli istius editione

διὰ τὴν Λιβάνον ἔρχεται. οὐ δὲ Λιβανός καέτα ξανθόγεώς ἐστι. ἀνεμοὶ ων τρηχεῖς, ἐκείνοις τῆς ἡμέρης ισάμενοι, τὴν γῆν τῷ ποταμῷ ἐπιφέρεστι, ἐποστατέει ταμάλισα μιλτώδεα, ηδὲ γῆ μιν αἰμώδεα τιθησι, καὶ τέδε τὴν πάθεος & τὸ ἄιμα, τὸ λέγεστι, ἀλλ ἡ χώρη αἰτίη. Quæ sic interpretatus MIRCULLVS est: *Fluvius Adonis per Libanum defertur. Libanus autem ipse terram habet admodum rubeam. Venti igitur vehementiores, illis tum diebus exorientes, terram in fluvium deferunt, quæ tum maxime minio similis est. ea postea illum cruentum videri facit.* Atque ita rei hujusce causa haudquaquam crux est, uti ferunt, sed terra Quæ testimonio suo MAVNDRELLVS, Anglus, confirmat, observalle se scribens o), colorem rubrum fluvii Adonidis a pluviis ori ri, quæ terram rubram in eum deferant. Nec alii causæ adscribendum putem colorem illum rutilum & propemodum sanguineum, quem in quodam Palaestinæ fluvio deprehendiisse se testatur PAVSANIAS p) his verbis: οὐδὲν δὲ ὑδωρ ὅδεν τι ἀποδέον τὴν χρόαν ἄιματος, Εβραῖων ηγῆ παρέχεται πρὸς Ιόπη τόλει. Θελάσσης μὲν ἐγγυτάτῳ τὸ ὑδωρ ἐστι. λόγου δὲ εἰς τὴν πηγὴν λέγεστιν οἱ τάυτη, Περσέα διελόντα τὸ κῆπος,

o) In *Itinerario*, ex quo testimonium illud attulit Re landus in *Palaestina* p. 270.

p) In *Messeniens* c. 35. p. 370.

κῆπος, ὃ τὴν παῖδα προμεῖθαι τῷ κηφέως, ἐνταῦ-
θα τὸ ἄμα ἀπονίψαθαι. Rutila vero (Ξανθὸν)
prope ad sanguinis colorem aqua per Hebreorum
terram, non longe a mari, agro Joppæ urbi finiti-
mo, labens visitur. Perseum interemto ceto, cui
Cephei filia fuerat exposita, in eo fonte cruorem
abluisse, indigenarum sermo vulgavit.

§. V.

Ad Scamandri vero nomen quod attinet, iterum audiendus non est EUSTATHIUS, qui Σκάμανδρος δὲ inquit q), λέγεται, ὡς οἱονεὶ¹
Κάμανδρος, οἴματον γάρ ποτε ἀνδρὸς τῷ Ηρακλέος
παρεμυθήσατο, ήνίκα εἰς Ιλιον ἐσερατέυσατο. ἢ καὶ
διότι ἀνδρὸς ἐκέινος σκάμμα τον Ξανθὸν ἐπ γῆς
προύγαγε. σκάψας γάρ Φατι τότε γῆν Ηρα-
κλῆς ἐν τῷ διψᾶν πηγὰς ἐξέφηνε ποταμὸς, ὃς
διὰ τοῦ ἐνλήθη Σκάμανδρος. Scamander di-
citur quasi οἴμανδρος (ex οἴματος labor, defa-
tigatio & ἀνη, vir), quod Herculem aliquan-
do Ilio oppugnando fessum refocillavit. Vel quod
viri illius fossio (σκάμμα) Xanthum e terra pro-
duxit. Ferunt enim Herculem, siti tunc pres-
sum, cum terram effodisset, fontes patefecisse illius
fluvii, qui deinde, in rei memoriam, appellatus sit
Scamander. Nam coactior hæc nominis nota-
tio

q) In Commentarij ad hunc Homeri locum p. 1269.

tio est , nec fundamento nititur alio , quam fabula. Alia igitur ingredienda erit ratio, si veram illius nominis originem, perspicere cupiamus. Ac fieri hoc poterit , si memoria primum repetamus , Troadis regionem, per quam Scamander decurrit, ad Phrygiam spectasse, eumque fluvium Phrygas habuisse accolas. Clarum quidem hoc e Strabonis testimonio est , §. 3. jam tum allato , sed clarius multo patet ex his P A U S A N I A E 1) : Σικελίαν δὲ ἔθνη τοσάδε ὄνται. Σικανοί τε καὶ Σικελοί, καὶ Φρύγες, οἱ μὲν ἐξ Ιταλίας διαβεβηκότες ἐς ἀυτὸν, Φρύγες δὲ ἀπὸ τῆς Σκαμανδρῆς ποταμοῦ καὶ χώρας τῆς Τρωάδος. Siciliam quidem gentes hæ propemodum incolunt, Sicanii, Siculi, Phryges : Ο illi quidem ex Italia , Phryges vero a Scamandro fluvio Ο ex Troadis regione. Deinde , si cogitemus, extitisse aliquando inter Phrygas virum quendam principem , cui nomen fuit Scamandrio. Eum S T R A B O s) H e c t o r i s filium Phrygumque ducentorem appellat, ac tradi ait, eundem cum Ascanio Aeneæ filio diu Scepsi regnasse. Ex hoc igitur gentis Phrygiæ principe non dubitandum videtur , quin nomen fluvio , juxta quem regnum idem tenuerat, inditum fuerit, præsertim si vera narrant, qui Scamandrium fluvio

1) Eliacorum priore c. 25. p. 443.

s) Geogr. l. XIII. p. 607. & l. XIV. p. 680.

fluvio isto mersum interiisse tradunt. t) Mos enim fuit veterum , ut virorum principum nomina fluminibus darent , terram ipsorum permeantibus. Ita *Nilum* DIODORVS u) auctor est nomen suum tulisse a *Nileo* quodam , Aegypti rege , cum *Aegyptus* antea vocitaretur. Et *Adonidem* fluvium , cuius mentionem paulo ante fecimus , nominatum constat ex *Adonide* , Cynaræ Cypriorum regis filio , juvēne adeo formoso , ut ipsa eum *Venus* amasse & in deliciis habuisse feratur. Porro cum Scamandrius vir fuerit genere Phrygius , quis dubitet , quin nomen illud Phrygium potius sit , quam Græcum ? Solet enim quæque gens non tam ex peregrina quadam , quam ex vernacula lingua nomina personis propria imponere. Lingua autem Phrygia a Græca diversissima cum fuerit , quod ex vocibus illis Phrygiis , quæ O.L. RVD BECKII studio collectæ sunt x), abunde patet , Scamandri etymon in lingua Græca quærendum minime erit. Valet enim hic quoque id , quod STRABO , postquam de Seepsi , Troadis urbe , egisset , idque nominis ex verbo Græco περισκέπεσθαι , circumspicere deduci posse monuisset , prudeater subjicit y) : εἰ δὲ τὰ παρὰ

Pars III.

S

t) Apud Cuperum in *monument. antiqu.* p. 202.

u) *Biblioth. Histor.* l. I. c. 63.

x) In *Atlant.* T I. c. 36.

y) *Geograph. l. XIII. p. 607.* Cf. *Commentarium Casauboni*,

παρὰ τοῖς Βαρβάροις ἐν τῷ τότε ὀνόματα ταῖς Ἑλληνικαῖς ἐπυμολογεῖσθαι Φωναῖς, si quidem Barbarica ejus aetatis nomina (videtur Phrygia potissimum indicare. nam Phryges speciatim Barbari & regio ipsorum Barbaria Græcis audiebat, quemadmodum SAM. BOCHARTVS observat) z) ad Græci sermonis rationem exigenda sunt, haud obscure docens, in vocibus barbaris non esse rimandas etymologias Græcanicas, ut ad locum illum CASAVBONVS commentatur. Ceterum non injucunda lettu sunt, quæ de fluvio hoc A E S C H I N E S a) in hanc sententiam narrat: Virgines viris nupturas in eo sese abluisse, adhibita solemnii hac & quasi sacra formula: λάβε μῆς Σπάρανδρε τὴν παρθενίαν, accipe, Scamander, virginitatem meam! Eum morem Cimoni aliquando opportunitatem deditse Callirhoe, virgine nobili, quam amore ille deperibat, potiendi. Nam cum illa in eodem fluvio lavaretur, & verba ista recitaret, subito eum, arundine coronatum, e virgultis, in quibus latuerat, profiluisse, atque ubi ego vero, qui Scamander sum, virginitatem tuam lubens accipio dixisset, eandem abductam vitiasse.

§.VI.

z) In Phaleg. l. III. c. II. p. m. 200.

a) In epistolis p. 22, edit. Caselii.

§. VI.

Ex his igitur colligere licebit, per Deorum linguam, eo saltem loco, in quem commentati adhuc sumus, non aliam quam Græcorum, per hominum vero Phrygum dialectum ab Homero intelligi. Et nisi inconstantiae in loquendo poeta postulandus sit, ex uno illo exemplo argumentari poterimus ad reliqua. Nam in his, quoque nomina, quæ ex Deorum lingua idem attulit, originis esse Græcæ perspicuum est. Ita *Briarei* gigantis nomen efformatum ex voce Græca βριάρεος, quæ robustum sonat atque validum; *Myrimæ* (quam Amazonum reginam ad Trojam in bello occubuisse scriptores veteres prodidere) appellatio itidem Græca est; μυρύη enim myrrum significat. Idem statuendum de *chalcidis* vocabulo, quod commode duci potest ex χαλκὶς, quo ἀσ notatur: ut χαλκὶς avis sit colore prædita ἄνεος, qui interdum nigricans est. Verbum certe χαλκὶς est ἀσ refero, ari similis sum. ARISTOTELES b) de illa ave: ή δὲ χαλκὶς ὀλυγάνις μὲν Φάνεται. οἵνει γὰρ ὅρη, καὶ μέγεθος ὅσσου ἕρεται ὁ ΦαστηΦόνεος καλέμενος, καὶ τὴν ἴδεαν μαρῷος καὶ λεπτός. Chalcis raro appetat, montes enim incolit. Nigro colore est, magnitudine

S 2

ne

b) Hist. anim. l. IX. c. 12.

ne accipitris, quem palumbarium nominant, forma longa ac tenui. Porro vocis μῶλυ forma prorsus Græca est, ei gemina, quæ in γόνῳ apparet & in ἄστροι. De illa autem herba supervacaneum duco multa dicere, postquam præter POSTELLVM, qui multorum de ea opiniones affert, singulare dissertatione c) in illam inquisivit DAN. WILH. TRILLERVS. Denique πλαγυτὰς, quo cognomento eas Homerius petras, vel insulas potius saxofas maestat, quas prætervecturus Ulysses esset, quis Græcarum litterarum intelligens negare sustineat, Græce ita dici quasi πλαζομένας, ex πλάζομαι, erro, vagor. Mutatum postea istud nomen fuit in illud Κυανεῶν, indicante ΗΕΡΟΔΟΤΟ, d) qui de Dario: ἐπλει ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας, τὰς πρότερον ΠΛΑΓΚΤΑΣ Ἐλληνες Φασὶ εἶναι. Transmisit in insulas quæ Cyaneæ nunc vocantur, quas Græci prius errabundas (πλαγυτὰς) fuisse ajunt. STRABO d) de situ earum: Αἱ δὲ Κυανέας πρὸς τῷ σόματι τῷ Πόντῳ εἰσὶ δύο νησίδια, τὸ μὲν τῇ Ευρώπῃ προσεχὲς, τὸ δὲ τῇ Ασίᾳ, πορθμῷ διειργόμενα ὅσον ἔι-

κοστε

c) Quæ Moly Homerscum detectum inscripta, Lipsiæ prodiit 1716.

d) L. IV. c. 85.

e) Geograph. l. VII. p. 319. cf. p. 21. 149. §46.

νοστὶ σαδίων. Cyaneæ sunt duæ exiguae insulae ad fauces Ponti, altera Europa, altera Asia adjuncta, stadiorum circiter viginti freto disjunctæ : Author peripli ponti Euxini, quem Scylaci junxit Gronovius f) : αὗται δὲ αἱ Κυανέαι, ἃς λέγεται οἱ ποιηταὶ πλαγιτὰς πάλαι εἶναι, παῖ διὰ τρέπων περάτην νάυν περάσας τὴν Αργώ, ἥτις εἰς κόλχες τὸν Ιάσονα πήγαγεν. Hæ sunt Cyaneæ, quas poetæ quondam erraticas fuisse inquiunt, per quas etiam primam navem Argo, quæ Iasonem ad Colchos perduxit, transisse ajunt. PLINIVS g) eandem veterum de insularum istarum errore opinionem commémorat, ejusque simul originem causamque aperit. In Ponto duæ MD pass. ab Europa : XIV M. ab ostio, Cyaneæ, ab aliis Symplegades appellatae : traditæque fabulis se inter concurrisse, quoniam parvo discretae intervallo ex adverso intrantibus geminæ cernebantur, paulumque deflexa acie coeuntium speciem præbebant. Quemadmodum vero voces illas singulas, quas præter Xanthum Deorum est sermone in medium Homerus attulit, ad linguam spectare Græcam vidimus, ita ad Phrygiam Αγαιῶνος quoque, Βατιέιας & Κυμίδιος nomina, ex hominum dialecto petita, æque ac illud Scamandri, pertinere vero est simil-

S 3

limum

f) pag. 165.

g) Hist. nat. l. IV. c. 13.

limum, præsertim cum tumulus s. collis, **Ba-**
riēia dictus, in Phrygum ditione extiterit, &
Kύμινδης avis in ejusdem versari montibus di-
catur, nec videatur Homerus, quando nomi-
na istius tum loci tum avis diversa com-
memorare in animum induxit, ea silere voluisse,
quibus ab ejus regionis, in qua reperirentur,
incolis appellarentur. De **κυμίνδη**, quidem
dubitatem afferre id posset, quod **ARISTO-**
TELES h) de *chalcide* ave loquens, eam ab
Jonibus **κύμινδη** appellari ait. Facile enim
eo adduci se quis patiatur, ut hoc quicquid
est vocabuli Jonicum, adeoque Græcum po-
tius censeat, quam Phrygium. Cave vero
eas statim omnes pro vocibus habeas origine
Græcis, quæ a Græcis usurpatæ unquam de-
prehenduntur. Quis enim ignorat Græco-
rum maxime eos, qui Barbaris permixti vi-
vebant, ut Jones in *Asia minore*, plurimas ab
his in linguam suam admisisse & civitate qua-
si donasse appellationes talium præsertim vel
rerum, vel hominum, qui apud Barbaros po-
tissimum extarent: in quem censem avis etiam
venit, de qua agimus, quippe quam in
Idæ, montis in Troade, jugis præcipue repe-
riri haud tecte indicat **HOMERVS.** i) Quo-
modo

h) loc cit.

i) In illo contextu, ex quo locum de ave ista supra pro-
tulimus.

modo v. c. Græci *magi* & *magia* nomen frequentissime in ore habuerunt, licet illud in Medis natum esset, sicuti alibi nos ostendimus. k) Ita *κυμαδιος* quoque appellatio ex Phrygum lingua recepta videtur ab Jonibus, regionem incolentibus, a Phrygia non adeo remotam. Trahunt & adsciscunt vicini a vicinis aliquid uti ex moribus, ita ex lingua quoque. Sic de Homero mirandum non est, eum vocum quarundam Phrygiarum notitiam habuisse, cum Smyrnæ ille, quæ urbs Joniæ erat clarissima, egerit, imo natus etiam feratur.

§. VII.

Quæ vero, si ita se res habet, quod Græca Deorum, Phrygia vero hominum ab Homero vocetur lingua, quæ, inquam causa est, cur Græcos Deorum titulo ornavit vates, Phrygas vero hominum appellavit nomine? Nimirum hoc illud est, quod investigandum nunc restat explicandumque. Poteſt autem ejus rei primum hæc afferri ratio, quod Græci gentibus aliis multo præstantiores atque potentiores se ipſos crederent, & ut Barbaros generatim omnes, ita speciatim Phrygas vilissimos ducerent, fervorum loco summoque haberent despectui l). Nam solebant illi eos, qui di-

S 4 gnita-

k) *Observo. philol.* p. II. obs. V.

l) v. Curtium I. VI. c. II.

gnitate atque potestate reliquis antecellerent, θεός, eos vero, qui humilis essent ordinis aliquique subiecti, ἀνδρας vocare & θυητός: perinde ac Hebræi illos אֱלֹהִים, hos vero אֱנֹשֶׁם appellabant, imo מַתִּיבָה. m) Deinde, novaret Homerus, Deos suos omnes e Græcis ortos, imo nihil aliud, quam certas quasdam horum nationes esse atque civitates: id quod alio loco argumentis idoneis demonstrare decrevi. Id ille memoria tenens non dubitavit Græcorum gentem θεός prædicare. Phrygas vero homines eò etiam dixisse censeri potest, quia illi omnium hominum primi extitisse credebantur, digni idcirco, qui hominum nomine præ ceteris appellarentur. Quod ipsos etiam persuasum sibi habuisse Aegyptios, qui alioquin antiquitatis gloriam nulli facile genti concedebant, HERODOTVS n) nos docet.

§. IIX.

Sed intelligo, rem illam universam expositione & demonstratione indigere copiosiori, quam equidem, sicuti supra in me recepi, non subterfugiam occasione dare alia. Præsentem interim dimittere nolui, quin opinionis meæ saltim summam proponerem. Aliorum senten-

m) v. præter loca plurima alia Gen. XXXIV, 30.

n) Lib. II. c. 2.

tentias supervacuum duxi longo ordine com-
memorare , præsertim cum recensum illa-
rum Cl. POSTELLVS jam dederit. At
hujus tamen ipsius non puto filendam
prorsus esse opinionem , qua statuit , o) Deo-
rum linguam Homero antiquam esse Scythia-
cam, Cimbricam aut Celticam, RVD BECKII
vestigia premens , qui omnes veterum Deos
ex gentibus arcessere hyperboreis magno in-
genii cum apparatu allaboravit , sagacioribus
vero institutum illud suum approbare mini-
me potuit.

OBSERVATIO V.

DE

JVDÆIS ΒΔΕΛΥΚΤΟΙΣ ΕΤ
AD OMNE OPVS BONVM

ΑΔΟΚΙΜΟΙΣ.

AD TIT. I, 16.

§. I.

Q Vi Cretam insulam Pauli apostoli ætate
inhabitabant Judæi , moribus magnam
partem erant pessimis , cum multa admodum
traxissent ex mala Cretensum , quos interver-
sabuntur , indole , POLYBIO a) aliisque scri-
S S ptori-

o) l. c. p. 401.

a) *Hist. l. IV. c. 8. & VI. 45.*

ptoribus graviter vituperata. Quicquid vittorum improbis, perfidis, fraudulentis, ignavis, mendacibus, immorigeris, impostoribus suique semper lucri studiosis inesse potest, id in ipsis reperiebatur. Acerbe propterea in eos invehitur Paulus in epistola ad Titum, quem ut cœtibus, quos Christo ipse magno studio ibi collegisset, suos præficeret antistites, & bene cœpta perficeret, in Creta reliquerat. Id præsertim intolerandum videbatur apostolo, quod cum omni improbitate sua virtutis affectarent speciem, legisque divinæ observantissimi videri vellent & assertores strenui, imo iis, qui disciplinæ se tradidissent Christianæ, doctorum suorum scita & decreta, v. c. de ciborum discrimine, accurate servanda injungere auderent. Qua de causa jubet Titum studiose hoc episcopis, quos constitueret, inculcare, ἵνα ύγιανωσιν ἐν τῇ πίσει, μὴ προσέχοντες ιδαμοῖς μῆθοις καὶ ἐντολαῖς ἀνθεώπων ἀποστεφομένων τὴν ἀλήθειαν. Πάντα μὲν παθαὶ τοῖς παθαῖσι, τοῖς δὲ μεμασμένοις καὶ ἀπίστοις θέντεν παθαῖσὸν, ἄλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νῦς καὶ ἡ συνέδησις. Θεὸν ὄμολογοσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνύνται, ΒΔΕΛΤΚΤΟΙ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, καὶ ΠΡΟΣ ΠΑΝ ΕΡΓΟΝ ΑΓΑΘΟΝ ΑΔΟΚΙΜΟΙ. ut ipsi sanam doctrinam profitentur tueanturque, nec attendant fabulis Ju daicis

daicis præceptisque hominum, veritatem avertere conantium, additque : *Mundis munda sunt omnia, pollutis vero & infidelibus nihil mundum est, sed polluta est & mens eorum & conscientia.* Deum scire profitentur, factis vero negant, cum sint ABOMINANDI, immorigeri & AD OMNE OPVS BONVM REPROBI. Hic ego in verbis extremis figuram deprehendisse mihi videor, ex sacrificiorum ritu desumtam. Quod cum nondum animadvertisse videam interpres, eos saltem, quos consulere mihi licuit, operam dabo, ut scriptio hac perspicuum faciam.

§. II.

Cum mundis munda esse omnia præcipit apostolus, de cibis eum loqui agnatum jam a multis fuit, nec dubitari poterit, si quæ alibi b) de eodem argumento idem differit, cum Ioco hoc conferamus. Negabant scilicet Judæi, aut ii saltem, qui, licet Christiani essent nomine, opinionibus tamen Judaicis nimiopere fascinati adhuc erant, *Judaizantes* appellare nonnullis placuit, gratum esse Deo quenquam posse, nisi ritus externos omnes, sive lex eos præscripsisset, sive patrum sapientia ex cogitasset, accurate observaret. Ac falli eos asseverabant, qui Messiam illos antiquatum abrogatumque ivisse existimarent. In cibis speciatim sollicite cavendum esse contendebant, ne tales

b) 1. Tim, IV, 13.

les quis sumeret, qui Mosis & Sapientum decretis immundi essent judicati. Hoc dogma in ecclesiis etiam Creticis palam disseminari cœptum, oppugnat Paulus, cum πάντα μὲν inquit, sc. βέρωματα, καθαρὰ τοῖς καθαροῖς Cibi omnes mundis mundi sunt, minime coguntur ii, qui puram sceleris vitam agunt, ut cibos anxie distinguant, & ab iis, quos pro immundis Judæi vulgo habent, scrupulose abstineant, nec est cur metuant, se minus Deo acceptos fore, si nonnullis forte ex hoc genere, vescantur. Contra τοῖς μεμισθένοις καὶ ἀπίστοις γδὲν καθαρὸν, pollutis ἢ infidelibus nihil mundum est, frustra sperant, qui moribus sunt impuris, & veritati celesti fidem habere praecepitique Christi sanctissimis obsequi detrectant, quod faciunt Judæi pervicaces, Deo se placituros, si vel maxime a cibis immundis omnibus sibi temperent: imo vero dispicebunt semper, quibusunque cibis utantur. ἀλλὰ μεμισται ἀντῶν ὁ νῦν καὶ η συνέδησις, sed polluta est mens ipsorum ἢ conscientia, manet nihilominus animus ipsorum vitiis contaminatus, eodemque a Deo loco habebitur, quo illi certos quosdam cibos habent, h. e. abominandus. Subjicit apostolus: Θεὸν ὄμολογοῖς ἐἰδέναι Deum se scire profitentur, voluntatem divinam universam, lege patefactam, accurate sibi ja-
ctant,

Etant esse cognitam, certo exploratum sibi esse, quale discrimen in cibis servari Deus velit, persuadere aliis conantur, τοῖς δὲ ἑργοῖς αἰγνύνται, factis vero suis negant, ea agunt, quæ maximi momenti præceptis, in lege propositis, prorsus sunt contraria, eoque ipso testantur, se id, quod jussisse Deum venditant, mandatum vere divinum minime credere; alioqui vitæ suæ rationem majori studio ad illam normam componerent. Etenim cum ab omni morum impuritate, quæ odiosos ipsos Deo possit reddere, procul eos remotos esse deceret, nec minus eam fugere, quam cibos ipsorum judicio immundos; ita contra se gerunt, ut sint βδελυκτοὶ, ἀπειθεῖς, ἡ πρὸς πᾶν ἑργον αγαθὸν ἀδόκιμοι, abominandi, inobsequentes, Ο ad omne opus bonum reprobi, sacrificio similes maxime impuro, vel victimis, quæ, ad sacrificium cum ducuntur, omnibus viribus reluctantur, vel tot infectæ vitiis sunt, ut ad rem sacram adhiberi prorsus nequeant.

§. III.

βδελυκτοὺς Judæos Cretenses quando vocat Paulus, comparare illos mihi videtur cum eo, quod הַרְוָבָה Hebræi appellabant & פִגְעָרָה. הַרְוָבָה illis erat res abominanda quælibet, speciatim vero cibus quivis immundus, h. e. lege veti-

vetitus ideoque abhorrendus, imo *victima* quoque, propter vitia quædam illi inhærentia, *ad sacrificium minus idonea*: βδέλυγμα dicitur LXX, qui vocantur, interpretibus. **O N K E L O S** per מְרַחֵק transtulit, *rem notans procul abjiciendam*, eademque voce ad Hebr. תְּרוּבָה reddendum usus est c). Sacri codicis loca sunt quatuor, quibus vox occurrit; ut in illo Levitico, d) ubi de sacrificiis salutaribus, vel voti alicujus persolvendi causa vel voluntarie oblatis, sermo est. אָם וְאֶכְלָל יְאַכְלָל מִבְשָׁר זֶבַח שְׁלֹמֹן בְּיוֹם הַשְׁלִישִׁי לֹא וְרַצָּתָה הַמִּקְרֵב אָתוֹ לֹא וְחַשְׁבָּה לֹו פְּגָל יוֹחָדָה וְהַנֶּפֶשׁ וְחַאכְלָת מִמְּנָה עֲוֹנָה חַשָּׁא Si quid ex carne vi-
etimæ salutaris die tertio comedestum fuerit, accep-
tus non erit, qui eam obtulerit, non imputabitur ei, sed quasi foetida habebitur, ὅ quicunque come-
derit ex ea, delicti sui pœnam feret. Hic LXX.
illud פְּגָל יוֹחָדָה verterunt μίασμά ἐστιν res pol-
luta est. Alibi vero, e) cum eadem lex re-
petitur, verba פְּגָל הִיא לֹא יְרַצָּח sic inter-
pretantur: ἀθυτόν ἐστιν (Aquila ἀπόβλητον re-
jectaneum habet) ἀ δεχθήσεται. minime Sacrifi-
cale est, ad usus sacros ineptum censeri debet,
neque

c) v. Deut. XXIV, 4.

d) Cap. VII, v. 18.

e) Levit. XIX, 7.

neque acceptabitur. Porro Ezechiel, f) placenta hordeaceam, cui sterlus mixtum esset humanum, comedere jussus, **הנה נפשי**, **לא מטמאך וنبלהך וטרוףך לא אכלתו** מנעוריו ועד עתות ריה בְּאֶבֶן בשר פג'ר. Ecce inquit, *nunquam* (cibo immundo) pollui me passus sum. Nam inde a pueritia mea ad tempus usque praesens, neque cadaver, neque disceptum aliquod comedи, nec ingressa os meum est caro fætida & abominanda. LXX. *ηρεας ζωλον*, caro rancida. Denique Esaiæ g) פרק פג'רים frustum est carnium fœtidarum. Quibus ex locis vis vocis propria ususque antiquus satis poterit perspici, maxime, si id quoque addamus, quod JONATHAN per illam Hebr. פג'ר, *cadaver* exposuerit. Est enim illi מלחנה פלשטים *cadaver exercitus Philistæi*, quod avibus bestiisque se objecturum Davides minatur, h) פג'ול משות פלשטיי Itaque *cadaver* est, caro fætida, a qua abhorremus, βούλυκτὸν, vel ut R. SALOMO ben Melech explicat i) הבשר שנשתנה ריחו ומרקחו caro, cuius odor colorque corruptus est. Accepit vero vox specia-

f) Cap. IV, 14.

g) C. LXV, 4.

h) I. Sam. XVII, 46.

i) In *Michtal Jophi* f. 27.

cialiorem hunc deinde significatum, ut *sacrificium* denotaverit *omnium impurissimum* k), ex quo si quidquam vel Deo offerretur vel comedetur, excidii pœna, בְּרִת, exspectanda esset ei, qui sciens volensque istud faceret. Ac tale quidem effici sacrificium aliquod docebant Magistri, si sacerdos, dum victimam maceraret, vel sanguinem ejus exciperet, vel partes ad altare deferret, vel sanguinem spargebat, profanas super eo cogitationes conceperat: perinde fere ac Pontificii ex *sacerdotis intentione* sacramentorum vim atque efficaciam pendere affirmant. Cogitationes autem profanas vocabant, si sacerdos vel ablegmina adolere, vel sanguinem spargere, vel carnem sacram comedere secum statueret tempore alio, quam lex juberet. Quæ singula fusius exponuntur a Talmudicis l), R. LEVI m), & BENJAMIN MVSAPHJA n). Ad tale igitur sacrificium respexit Paulum credo, cum Judæos βδελυκτοὺς pronunciat.

§. IV.

k) Pejns scil. quam טמא & פסול, quæ duæ erant sacrificiorum immundorum species.

l) In *Zevathim* c. II, §. 2. 3.

m) Apud Hottingerum de *Jure Hebr.* Leg. 145.

n) In *Musaph Aruch*, f. 136. Adde his Relandum *Annotq. Hebr.*, p. III, c. I.

§. IV.

Vitium aliud, quod Judæis Cretensibus apostolus tribuit, *ἀπειθία* est, sive *animi inobsequantis, immorigeri*, quo voluntati Dei sese accommodare, præceptis obtemperare, & quod maxime gratum ei esset facere recusent, semperque adversum nitantur. Quia in re haud dissimiles illos esse innuit victimis, quæ ad aras ducendæ sequi ductorem suum nolint, sed vehementer relutentur, ideoque Deo haudquaquam acceptæ judicari soleant. Persuasum scilicet veteribus erat, nisi hostia aliqua sponte quasi sua, & incoacta ad altare iret, eam gratam Deo esse minime posse. **M A C R O B I U S** o): *Observatum est a sacrificantibus, ut si hostia, quæ ad aras duceretur, fuissest vehementius relutata, ostendissetque, se invitam altaris ad moveri, amoveretur, quia invito Deo offerri eam putabant. Quæ autem stetisset oblata, hanc volenti numini dari existimabant.* Ut vero eos certius cognoscerent, utrum victima aliqua invita an voluntaria ad sacrificium procederet, ducebant eam, (de majoribus loquor, quales v. c. hirci & boves erant) fune longiori strictam, ut ne tam trahi quam libere incedere videretur. Ad quem morem illud **J V V E N A L I S** spectat p):

Pars III.

T

Sed

o) *Saturnal.* III. c. f.P) *Sat.* XII. v. f.

*Sed procul extensam petulans quatit hostia funem
Tarpejo servata Jovi, frontemque coruscat.*

Neque tamen hac ratione fatis explorata censebatur hostiæ voluntas, sed modis etiam aliis eandem experiebantur. Nam molam quoque falsam ei, ad aras jam stanti, adspergebant, cultrumque obliquum inde a fronte ad caudam usque ducebant. Quæ si patienter ferret hostia, eam Deo placere existimabant, si minus, improbari. Huc VIRGILIVS respicit, cum ait q):

*Dant fruges manibus falsas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisque altaria li-
bant.*

Ad quæ SERVIVS: fruges falsas] far & sal: quibus rebus & cultri aspergebantur, & victimæ. Erant autem probationes, utrum esset animal aptum sacrificiœ. Obliquum etiam cultrum a fronte usque ad caudam ante immolationem ducere consueverant: nam hoc est quod dicit:

Tempora ferro summa notant pecudum.

Nec minus LVCANVS hic versibus r):

Jam fundere Bacchum

Cœperat, oblicoque molas inducere cultro:

Impatiensque diu non grati victima sacri. cet.

Porro aquam quoque in aurem victimæ infundebant, &, si capite tunc annueret, ominabantur hinc Deo illam probari, si vero con-

cus-

q) Aen. XII. v. 173.

r, Lib. I. sub finem.

cussione vehementiori renueret, rejici. PLV-
TARCHVS s) : Άχει δὲ νῦν παραφυλάττισιν
ιχνεῖς τὸ μὴ σφάττειν πέρι ἐπινεῦσαι κατασπεν-
δόμενον, οὗτος ἐυλαβεῖς πρὸς ἀπασαν ἀδικίαν. In
hunc usque diem id maximo opere observant, ne
jungulent viētimam, nisi cum libatur annuat. Scho-
liaastes APOLLONII t) : εἰώθασιν ὅδωρ ἐμβάλ-
λειν εἰς τὸ ὅς τῷ ιερέι, ἐπὶ τὸ ἐπινέυσιν τὸ ιερέον.
Aquam consueverunt in aurem viētimæ infundere,
ut illa annueret. Sed fateor, petita hæc videri
posse longius, nisi & præcedens βδελυτοὶ, &
quæ proxime subsequuntur, πρὸς πᾶν ἔργον
ἀγαθὸν ἀδόκιμοι, ad sacrificia Deo ingrata apo-
stolum alludere apertius indicarent.

§. V.

Δόκιμος ea dicitur res, homo is, qui ita con-
stitutus & talis est, qualis esse debebat, qui ea
judicatur esse indole, quæ in eo requiritur.
Sic αἴγυρον δόκιμον argentum est probum, quod
omnes habet bonitatis notas. Et christianos
Paulus passim jubet esse δοκίμους, h. e. eo ani-
mo affectos iisque moribus præditos, quibus
esse oporteat homines nomen christianum

T 2

præ

s) *Syposi. l. VIII. qu. 8. p. 729.*t) *Ad argonaut. l. I. v. 425.*

præ se ferentes, si nomini suo respondere velint, strenuos omnis virtutis cultores, & ab omni vita probro alienos, sive, ut alibi u) ipse se explicat apostolus, αξίως περιπατεῖν τὰς τῆς κλήσεως, ἡς ἐκλήθησαν, qui ita ambulent, ut dignum est vocatione, qua vocati sint. Itaque δόκιμος sacerdos aliquis dici recte poterat, qui corpore esset integro, nulloque ex iis laboraret vitiis, quæ secundum Judæorum leges ineptum reddere possent hominem functionibus sacerdotalibus: quique illas possideret dotes omnes, quibus instruētum esse oportebat munus sacrum rite administraturum. Cujusmodi virum ἀφελῆ & ὄλοκληρον x) ΙΩΣΕΡΗΝVS appellat, cum scribit y): ἀφελεῖς δὲ εἶναι πᾶσαν ἀφέλειαν, τὸν δὲ μὴ ὄλοκληρον τῶν ισέων, νεμέθαι πρὸς τὰς ιερεῖς ἐκέλευσε τὰ γέρα. ἀναβάνειν δὲ ἐπὶ τὸν Βαρμὸν, καὶ ἐστίνειν εἰς τὸν ναὸν ἐκάλυπτε. Sacerdotes Moses prorsus sanos esse voluit, ὅτι qui-

u) Ephes. IV, 1.

x) De vocibus his Hesychius: ἀφελῆς, ὄλοκληρος, ὁ μήτε πλεονάζων μήτε δέων τι τῷ σώματος. Dicitur ἀφελῆς qui integer est, ἐξ in cuius corpore nihil vel abundat vel deficit. Adde Etymologice Magni auctorem. v. ἀφελῆς.

y) Antiquit. Jud. III. c. 10, Cf. Philonem Judæum L. de monarchia, p. m. 636.

tunque ex illis integer corpore non esset, eum partem quidem suam accipere jussit, sed ad altare ascendere & fanum intrare prohibuit. Ad hanc legem Jacobus alludit apostolus 2), id studii christianis commendans, ἵνα ὥστι τέλειοι, καὶ ὀλόντησοι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι, ut perfecti sint & integri, ac nihil quidquam desiderari in illis possit. Paulus vero, eodem respiciens, vocem adhibet δόνιμος. Σπάδατον præcipit Timotheo suo
 a) σεαυτὸν δόνιμον παρασήσαι τῷ Θεῷ ἔργατην, ὁρθοτομῶντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Stude te ipsum probatum Deo exhibere operarium, recte secantem verbum veritatis. Vbi verbis ὁρθοτομῶντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας pridem monuere interpres, ad sacerdotem oculos apostolum intendisse, victimam in partes suas rite & ex legis præscripto dividentem. Quare vix dubium videtur esse, quin in vocibus quoque δόνιμος ἔργατης comparatio lateat cum sacerdote rite constituto, & quem synedrium (hoc enim examen candidatorum sacerdotii suscipere solebat) ut talem probavit, dignumque judicavit, qui sacris operaretur. Ac sane Philo etiam *Judeus sacerdotes spectatissimos dona-*

T 3

μωτέ-

2) In epistola sua c. I, v. 4.

4) 2. epist. II, 15.

μωτάτος τῶν ιερέων vocat b). Pari modo hostiis quoque, omnes integratatis notas habentibus, & in quibus מִבְקָרִי מוּמֵי קְרַשִׁים vi-
tiorum in rebus sacris inquisitores (*μωμόσκοποι τῶν ιερέων*) vocantur a CLEMENTE Alexandrino c) erantque facerdotalis ordinis viri) nihil vi-
tiorum d) reperissent, δούμαν appellatio con-
veniebat. PHILO & JOSEPHVS e) ιερεῖς
όλοντηρα, ὅλα δι' ὅλων αἰσινῆ, μάμων ἀμέτοχα
καὶ κατὰ μηδὲν λελαθημένα. hostias integri cor-
poris, prorsus illætas, nævorum expertes, nullaque
parte mutilas appellant. Talia nimirum esse
oportebat animalia, ex quibus sacrificium fi-
eret. Quemadmodum profanæ etiam gentes
nil nisi quod τέλειον, ἐντελὲς, ολόντηρον, καθα-
ρὸν, αἰσινὲς καὶ ἀδιάφορον perfectum, integrum,
purum, illæsum ♂ incorruptum esset Diis suis of-
ferendum censebant, PLUTARCHO, f) A-
THENÆO, g) LVCIANO, h) POLLVCE,
i) aliisque testantibus. Quod si jam aliter
com-

b) L. de *victimis* p. 646.

c) Stromat. I. IV. p. 521.

d) Vitia, quæ tum a facerdotibus, tum ab hostiis ab-
esse oportebat, accurate recensuit IO. Selenus in li-
bro de *success. in pontific.* I. II. c. 5.

e) Loci cit.

f) De *orac. defectu* p. 437.g) *Deipnosoph.* XV. p. 674.h) De *Sacrificiis* T. Opp. III. p. 92.i) *Onomast.* I. I. c. I. n. 26.

comparata esset victima quædam, dici de illa jure meritoque poterat, quod esset ἀδόκιμος πρὸς πᾶν ἔγειρον ἀγαθὸν; h. e. talis, quam judices periti non possint non reprobare, & bono sacrificio ineptam judicare. Nimirum ἔγειρον rem divinam sæpius significat, vel sacrificium, uti & verbum ἔγειρεσθαι absolutum rem sacram facere, pariter ac Latina operari & facere k). Itaque ἔγειρον ἀγαθὸν bonum est sacrificium, sive legislatoris mandato congruum. Victimæ igitur vitiosæ, quæ ad sacrificium legitimum adhiberi nequeat, Judæos Creticos assimilat Paulus, aut, si forte hoc mavis, sacerdotibus, qui ob certa quædam corporis victia ad munia sacerdotum δοκίμων propria ad moveri non possint. Scilicet τοῖς δοκίμοις faserat sacrificiis operam dare, ad altare ascendere, & τὸν ναὸν, sive ædem sacram intrare; quæ ἔγειρα erant ἀγαθα. τοῖς ἀδοκίμοις vero villissima negotia procuranda relicta fuerant, v. c. ut in conclavi lignorum, quod in angulo quodam atrii mulierum exstructum fuerat, ligna altaris usibus apta a cariosis secerrent, ut cineres e templo extra urbem deserrent, & hujus generis alia.

§. VI.

Hominum vero cum victimis comparatio, hoc quidem loco facta, mira videbitur nemini

T 4

nī

k) v. Conr. Rittershusii comm. in Oppianum p. 142. 177.

ni, qui meminerit, Paulo eam minime insolentem esse. Nota est omnibus hæc ejusdem cohortatio 1): παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὸ τῶν δικτεγμάτων τῆς Θεᾶς, παρεστησάτε σώματα ὑμῶν θυσίαν ζωσαν, ἀγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. Hortor vos fratres, per misericordiam Dei, ut sistatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo acceptam. Quibus verbis Romanos admonet, ut ipsi quoque, ad Judæorum aliarumque gentium exemplum, sacrificiis Deum colant, sed non talibus, quae ex cæsorum animalium carnibus apparentur, quin vivis potius, longe quippe sanctioribus, Deoque gratiорibus. Fieri autem hæc posse docet ex ipsorummet corporibus, si membris suis nullos prorsus actus virtuti contrarios committant, iisdemque e contrario ad honesta quævis & laudabilia peragenda utantur: quod studium a Christianis passim exigit apostolus 2). Petrus 3) istiusmodi Christianorum hostias πνευματικὰς θυσίας, spirituales appellat, opponens illas Judaicis, mere corporeis.

§. VII.

Nihil igitur obstat, quominus Paulum in hanc loqui sententiam existimemus: "Hortent quidem Judæi cibos quosdam tanquam im-

1) Rom. XII, 1.

2) V. Regn. VI, 13 15. Col. III, 5. cf. Iac. IV, 4.

3) I. Epist. II, 5.

"impurissimos, remque se facturos credunt
"Deo gratissimam, si ab eorundem usu stu-
"diose abstineant. Ast, si tanta eos tenet
"munditiae cura, cur non de eo etiam solli-
"citi sunt, ut animum gerant mundum, ac
"vitam agant puram nullisque vitiorum for-
"dibus coquinatam? sed hac quidem lon-
"ge potiori cura, quæ Deo ipsos vel maxime
"commendabiles acceptosque reddere pote-
"rat, parum eos videoas affici, quin potius in
"omni genere scelerum & flagitorum volu-
"tantur. Unde fit, ut ipsos abominetur Deus
"tanquam carnem sacrificam detestabilem,
"qua nihilo ipsi puriores sunt; ut eos rejiciat,
"veluti hostias reluctantis vitiisque plurimis
"corruptas fœdatasque.

OBSERVATIO VI.

DE

**HIEROSOLYMA SEPTI-
COLLI CONJECTVRAS
EXHIBENS.****AD APOCAL. XVII, 9.****§. I.**

APocalypseos scriptorem per septem istos montes, quibus semina insideat scortatrix, urbem Romam designasse, pervulgata interpretum opinio est. Neque enim illustriorem

T 5

Ro-

Romæ notam dari potuisse creditum fuit, quam septem colles, quibus eam inædificatam fuisse, atque ir de *septicollis* cognomen retulisse, omnis prodidit antiquitas. Erant illi *Aventinus*, *Capitolinus*, *Coelius*, *Esquilinus*, *Palatinus*, *Quirinalis*, *Viminalis*. Accedit, quod *imperium* eadem meretrix exercere dicitur a) in reges terræ, quod Romanis, quibus plures olim reges paruisse constat, optime visum fuit convenire. Nec dubitarem ego eandem sententiam amplecti, nisi indicia alia suadere viderentur, non tam Romam, quam Hierosolymorum urbem Johannem nobis representare voluisse.

§. II.

Pridem hoc agnovere sagaciores quidam interpretes, in quibus GROTIUM, LIGHTFOOTVM, HAMMONDV M, KNORRIV M a ROSENROTH & nonnullos alias, haud minus celebres, numeramus, magnam apocalypses Johanneæ partem ad reipublice Judaicæ interitum, Hierosolymorumque, urbis principis, excidium spectare. Nec latuit eosdem b), cum magna urbis in eodem libro sit mentio, metropolin istam Judaicam intelligi. Atque hoc sane ex c. XI, 8. ita manife-

a) V. 18. ejusd. cap.

b) V. Hammondum ad Apoc. XI, 8.

festum est, ut quod maxime. Dicitur enim ibi Christus Dominus noster in urbe illa cruci affixus : quod ubinam quæso contigit, nisi Hierosolymis? Sensus translatus præter omnem profecto necessitatem verbis illis tribuitur, cum proprius congruentissimus sit. Quod cum mecum expenderem, ac simul cogitarem, mulierem, quam septem montibus imperare Johannes ante scripferat, mox v. 18. de civitate exponi magna, aliasque etiam notas urbi magnæ de qua c. XI. differuerat scriptor, ac ei, de qua c. XVII. sermo ipsi est, communes esse intelligerem, suspicio mihi subnata est, hanc ab illa minime diversam, sed utramque ipsam esse Hierosolymam. Obstatre quidem videbatur, quod urbi huic posteriori non reges modo tribuantur, sed imperium quoque in alios terræ reges. Neutrum enim ad Hierosolymam quadrare censem poterat, quippe quæ eo tempore, quo apocalypsin suam litteris consignavit Johannes (consignavit autem brevi ante urbis eversiōnem) nec regibus ipsa paruit, sed pontificibus magnique fynedrii præfidibus, nec reges alios sibi habuit subjectos. Sustulit vero scrupulum istum hæc consideratio, quod regium nomen, Hebræorum stilo, omnibus iis tributatur, qui vel summæ rerum quocunque titulo præsunt, vel magistratu funguntur, & quod ḥ yñ sapientius in hoc libro solam significet

Ju-

Judæorum terram, sive Palæstinam, imo,
 HAMMONDO c) judice, sic ferme semper
 hic sumatur. Poterat igitur scriptor Pontifi-
 ces maximos, si præsertim, quod interdum
 contigit, synedrio magno iidem simul præsi-
 derent, & quicunque in Judæa magistratu-
 um auctoritate pollebant, reges appellare, Hi-
 erosolymisque, sive summo, quod ibi erat,
 tribunali imperium adscribere in reges terræ.
 Ac revera Judæorum Pontifices regum titu-
 lum aliquando usurpaverant: exemplo sunt
 Aristobulus & Alexander Jannæus, Joh. Hyrcani filii, aptantes sibi effatum hoc divinum:
 d) אַתָּם תְּהוּ לִי מֶלֶכְתֵּ כְּהַנִּים (Vos eri-
 tis mihi regnum sacerdotum. Quod si igitur
 septem quoque ostendi possint Hierosolymo-
 rum colles, apparebit sane, non temeritate qua-
 dam duci nos ad suspicandum, haud aliam
 quam istam urbem loco hoc effigiari; osten-
 di autem illos utique posse non despero.

§. III.

Veteres jam tum Judæos septem Hierosolymis assignasse montes ex Tanchuma observavit Jo. LIGHTFOOTVS, e) dubitans tamen, utrum ratione levi, an obscura magis ducti
 id

c) Ad Apocal. VII, 1.

d) Exod. XIX, 6.

e) Chorograph. Mattheo præmissa c, 22.

id fecerint. Sit vero levis illa ratio, veritati certe fraudi futura non est. Non opus erit, ut eò nunc configiam, quod *septem montium* commemoratio significationem habere videatur *plurimum*; quamvis constet, septenario numero admodum delestatos fuisse Judæos, eumque ad multitudinem quandam indicandam sæpius adhibuisse, quod facile fuerit *PHILONIS* *Judæi* testimoniis confirmare. Suppetit enim ratio, qua Hierosolymam vere septicolleum fuisse, si non evidenter prorsus demonstrari, probabile saltem possit effici. Montes vero istos septem hos pono: *Zionem, Acram, Moriam, Bezetham*, ipsi Josepho λόφος colles dictos, & *tria culmina montis oliviféri*. De montibus quatuor prioribus nemo unus erit, qui ad Hierosolymorum urbem eos pertinuisse dubitet; ast de tribus posterioribus facile intelligo litem mihi intendi posse, cum quod extra urbem fuit intra ejus concludere videar moenia. Allobarandum igitur mihi erit, ut montem quoque oliviferum partem quandam urbis constituisse evincam. Ante vero quam id fiat, non alienum fuerit de montibus istis quatuor, quos primo loco nominavimus, paucula quædam præmonere. Plura si quis desideret, explere ejus fitim poterunt *LIGHTFOOTVS, CELLARIUS & RELANDVS.*

§. IV.

§. IV.

Mons Hierosolymorum omnium nobilissimus, celfissimus maximeque prolixus ZION, erat, ipsius naturæ beneficio munitissimus, unde & nomen retulit: quippe ιερον μονumentum sōnat. Is ab ortu in occasum extensus, sustinebat τὴν ἀνω πόλιν, τὴν ἀνω ἀγορὰν, civitatem superiorem, vel forum superior, ut Josephus vocat, & arce simul regia superbiebat. Huic oppositus mons alias, ACRA dictus, cui ἡ πάτω πόλις civitas inferior insidebat, itidem inter solem orientem & occidentem exponeretur. Nomen datum ex arce (ἀκρα) ibi structa, q. d. der Schloßberg. Hanc arcem occupatis Hierosolymis Antiochus considerat Epiphanes, eidemque, moenibus atque turribus bene firmatae, praesidium imposuerat partim Macedonicum, partim ex Judæis compositum scelestis, qui patrios ritus abdicaverant f.). Erant ambo montes ita sibi oppositi, ut αὐτηπλέοντας urbs esset, parsque una alteram respiceret. Intercurrebat eos vallis ampla, τυρεποιῶν five caseariorum dicta, in quam crebræ domus desinebant. Ad situm vero utriusque montis, respectu plagæ australis & borealis, quod attinet, non est ille a Josepho aliis-

f) Ioseph. *Antiqu. Jud.* XII, 17, XIII, II.

Iisque scriptoribus antiquis tam clare indicatus, quin dubitari possit, ab austrone an a borea Akram sibi Zion habuerit objectam. Quæ causa est, quare qui recentiori ævo in delineandis Hierosolymis versati sunt, in diversum abierint. **L I G H T F O O T V S** & qui cum eo faciunt, Zionem ad septentrionem locant, Akram vero ad austrum: Alii, quos inter **R E L A N D V S** eminet, contra faciunt. Conatur utraque pars sententiam suam rationibus tueri variis; utra vero ponderosiores afferat, difficile est judicatu.

§. V.

Mons sequitur tertius, **MORIA** nominatus, quem nobile & superbum templi ædificium ornavit. Nomen ex *CTOR meus & יְהוָה, Jah*, quod idem est ac *יהוָה, Jehovah* co-luisse putatur. Hunc in regione urbis orientali situm fuisse certum est. Sejungebatur ab Acræ lata valle, quam tamen Asmonæi oppleverunt, συνάψαι βελομειοι τῷ ἵερῷ ἡν πόλιν, καὶ τῆς Ακρᾶς κατεγγατάμενοι τὸ ὕψος, ἐποιήσαντο χθαυμαλώτερον, ὡς υπερφέρων καὶ τάυτης ἡ ιερὸν. ut templo conjungererent civitatem, & Acræ altitudinem eam humiliorem fecerunt, ut ea quoque fanum supereminens cerneretur, verba sunt **JOSEPHI** g). Moriam nempe altitudine ante-

g) *De bello Jud. I. VI. c. 6.*

superabat Acra : quod non decere arbitrati Asimonæi, nominatum Simon, pontifex atque princeps , altitudini Acræ multum detraxerunt, ut urbi templum supereminet, atque huic major haberi videretur honos. Hi igitur tres illi montes sunt, qui urbem universam cum templo antiquitus sustinuerent.

§. VI.

Accessit vero tandem, non longe ante urbis excidium, collis etiam quartus, ΒΕΖΕΤΗΑ appellatus, quod nomen καινην πολιν civitatem novam interpretatur Josephus, qui de hoc urbis augmento hæc tradidit h): τότε τῇ προσκτισθεῖσῃ πόλει περιέθηνεν Αγρίππας, ἥπερ ἦν πάσα γυμνή. πλήθει γὰς ὑπερέχομένη, κατὰ μικρὸν ἐξείρπε τῶν περιβόλων, καὶ τῷ ιερῷ τὰ προσάρντια πρὸς τῷ λόφῳ συμπολίζοντες, ἐπὶ δὲ ὀλίγου προῆλθον καὶ τέταστον περιοικηθῆναι λόφον, ὃς καλεῖται ΒΕΖΕΘΑ, κέιμενος μὲν ἀντικεντὶ τῆς Αὐτωνίας, ἀποτελούμενος δὲ ὄργυματι βαθεῖ. διεταφένθη γὰς ἐπίτηδες, ὡς μὴ τῷ λόφῳ συνάπτοντες ὁ Θεμέλιος τῆς Αυτωνίας, ἐνπρόσιτοι τε εἰεν καὶ ἡτούν υψηλοί. διὸ δὲ καὶ πλεῖστον ὕψος τοῖς πύργοις προσεδίδε τὸ βάθος τῆς τάφρου ἐπιχωρίως δὲ

ἐκλή-

h) De bello Jud. I. VI. c. 6.

ιληθη βεβεθα το νεόκτισον μέρος, δι μεθερμηνεύομενον ἐλλάδι γλώσσῃ, καὶν λέγοιτ ἀν πόλις.
Hoc (muro tertio) eam partem civitatis, quam ipse addiderat, Agrippa (Herodis magni ex Aristobulo nepos) cinxerat, cum esset omnis ante nuda. exuberans enim multitudine, paulatim extra mœnia serpebat urbs, templique septentrionali regione, colli proxima, civitati adjuncta, non paululum procererat, ita ut quartus etiam collis incoleretur, cui nomen est BEZETHA, situs quidem ex adverso Antoniae, i) fossis autem altissimis se-

Pars III.

V

para-

- i) *Antonia arx erat tetragona munitissima, juxta illum templi angulum, qui inter septentrionem & occasum spectabat, in rupe admodum prærupta & excelsa posita. Exstruxerat eam, sedemque sibi delegerat Jo. Hyrcanus, summus Judæorum pontifex idemque princeps, cuius etiam ex Hasmonæorum familia successores aulam ibi suam habuerunt, ad tempora opus Herodis magni. Hic vero, rerum potitus, usopportunitate loci animadverfa, occupandum duxit. Et cum aptissimum judicaret, ex quo urbs æque ac templum in officio contineretur, munitiorem fecit, rupe, cui imposita arx erat, polito marmore undique teata; quod tum oinatum attulit insignem, tum ut inaccessum prorsus esset propugnaculum effecit. Perfectum opus in honorem Antonii, amici sui, Antoniam nuncupavit, cum Baris vocaretur antea, h. e. בָּרוֹה, Regia, palatium. Romani deinde præsidium castello, mediocris capaci exercitus, imposuere perpetuum, quo Judæos, vel in urbe vel in templo vicino forte tumultuantes, coercent, Iudæi vestes Judæorum pontificales ibi asservare solebant, nec nisi*

cum

paratus, quæ de industria ductæ sunt, ne Antonia
fundamentis colli cohærentibus, & accessui facilis
sit, & minus edita: unde etiam fossæ altitudo plu-
rimum turribus celsitudinis adjiciebat. Nominata
autem est pars addita civitati voce indigena, Beze-
tha, quod Latino sermone dicitur nova civitas.
Conflatum nomen videtur ex vocibus duabus
Hebraicis בֵּית חֲדָשׁ beth chadasch, vel Chald.
בַּתְּהָא חֲדָתָא Betha chadta, i.e. domus, locus, imo
civitas nova, inserto, ut sæpe fit, sibilo.

§. VII.

Montes igitur Hierosolymorum nunc habe-
mus quatuor; reliquos tres mons dabit oli-
vifer, octava circiter milliaris Germanici par-
te Hierosolymis ortum versus distans. Hic
enim triceps cum esset, (ex quo non male sus-
picatur Relandus k), eum trium potius
culminum quam luminum montem diçtum fu-
isse

cum solennitas quædam anniversaria ageretur Ju-
dæis tradere. Atque hæc vestium sacrarum, quæ pe-
nes Romanos erat, custodia non parum fane conse-
rebat ad Judæorum erga illos obsequium conser-
vandum. V. Josephum Antiquit. Jud. I. XV. c. 14.
Jam arcu huic ad boream *crux* adjacebat *nova*, si
Bezetha, quam muro cingere validissimo instituerat
Agrippa, Iudeorum rex, perfecturus opus, nisi a Ro-
manis metuisset, qui munitionem illam facile in re-
rum novarum suspicionem trahere poterant.

k) In Palast. p. 338.

isse a veteribus) trium montium loco haberi potest. **COTOVICVS** l): *Mons oliveti tria continent cacumina; ex quorum medio, ceteris eminentiore, adstantibus & intuentibus discipulis, facie ad orientem versa, salvator omnium Christus caelos ascendit.* Quibus consentanea **M A V N D E R L L V S** tradit, nisi quod hic culmen septentrionem respiciens omnium facit altissimum. *Australis mons offensionis* dici solet, ab imaginibus numinum, a Salomone illic, ut ferunt, collocatis m). Quod si igitur effici modo poterit, ut hunc ipsum montem pro parte quadam urbis habitum fuisse appareat, nihil amplius numero collum ejus septenario deerit. Efficietur autem, si Bethphagen, locum ex Christi quoque historia notum, & in ipso monte illo, de quo agimus, situm, partem Hierosolymorum extremam judicatam a Judæis veteribus fuisse observemus. Sane enim si Bethphage pars urbis fuit, debebit utique mons quoque, in quo illa extitit, urbi accenseri. Fuisse vero, ex locis Talmudis compluribus liquet: quæ equidem singula in medium afferre nolo, cum **B V X T O R F I V M** n) & **L I G H T F O O T V M** o) labore illo perfundatos jam esse videam. Proferam tamen unicum.

V 2

l) In *Itinerar. Hieros. & Syr.* p. 272.

m) V. Relandum l. c.

n) In *Lexico Chald. Talm. & Rabb.* p. 1691.o) In *Chorograph. Matthæo pramiss.* c. 37.

cum. Quærunt in *Pesachim* p) Doctores : **מַאֲרָחֶז לְחוּמָה** *quid est extra mœnia?* quis ille locus est, qui extra murum Hierosolymorum situs censetur? & respondent : **חַרְצָה לְחוּמָת בֵּית פָּגָן** *extra murum Bethphages*, quicquid spatii extra murum Bethphages est, illud extra Hierosolymorum esse judicatur **בֵּית פָּגָן וַיִּנְאַסְפֵּן שְׁבוּזָשְׁלָבָת** *locus Bethphage locus Hierosolymorum extremus*. *Quicquid igitur extra murum Bethphages est, id simul extra Hierosolymam est.*

§. II X.

Ecquid vero fuerit Bethphage, de eo disputari solet. J o. L I G H T F O O T V S q) *vocata est*, inquit, *infima ista pars montis, quæ proxime ad urbem procurrit, a grossis Bethphage: quo etiam nomine, ob istius loci vicinitatem, vocata est pars Hierosolymæ proxime adjacens.* Alibi vero r) *idem philologus Bethphage scribit, hanc fuit oppidum in monte oliveti situm, ut plurimi putarunt, ac in chartis Geographicis collocarunt, sed ædi-*

p) fol. 63, col. 2.

q) Loco cit. cf. Bochartum *Hierozoici* p. I. p. 209. Petritum *Observat.* l. III, c. 1.

r) In *Chronico temporum Ordine textum N.T.* p. 44.

ædificia quædam, & illud terræ spatiū, quod à muro Hierosolymorum, versus montem oliveti, & super montem ad bis mille circiter cubitos extendebatur: eò propter a Judeis, tanquam Hierosolymorum pars, eodemque utens jure censebatur. Rursus alio loco s) Bethphagen villam facit, inter Hierosolymas & Berhaniam sitam, saltem oblique tantum & e tramite publico vix deviam. Videamus igitur Lightfootum exploratum satis non habuisse, quid Bethphage fuerit. Nec magis fane certi esse potuerunt, qui incaute eum fecuti sunt; e. c. Jo. SAVBERTVS t) & Jo. BENED. CARPZOVIVS u). Mihi, fateor, illa sententia non probatur, qua Bethphage tractus montis oliviferi insimus creditur, & platea quædam Hierosolymorum orientalis, tractui illi vicina. Talmudici enim cum murum quendam τῆς Bethphage diserte tribuunt, eundemque a muro Hierosolymam claudente haud obscure distinguunt, aperte meo judicio significant, Bethphagen nec agrum fuisse patentem, nec intra mœnia urbis propria conclusam. Malim igitur cum ORIGENE, EUSEBIO & HIERONYMO, quorum in hoc negocio minime aspernanda auctoritas est, facere, Bethphagen villulam quandam in

V 3

mon-

s) Commentar. in acta apost. p. 754.

t) In Palestra p. 79.

u) In philologem de aseno Messiae, §. 23.

monte oliveti esse tradentibus x). Ac sitam quidem cum RELANDO statuo in parte montis oliviferi orientali, Hierosolymis aversa, juxta Bethaniam; ut ita tres illius montis vertices, Bethphagen inter (muro instruetam) & urbem eminuerint, austrum inter ac septentrionem dispositi. Christus enim, cum Bethphagen appropinquasset, ad montem oliviferum, misse dicitur discipulos suos ad vicum ante ipsos situm, h. e. ut ego quidem interpretor, ad ipsam Bethphagen, ut jumentum adducerent, cui deinde infidet. Postea servator, asina vectus, prope accessit ad descendum montis oliviferi, sive eam montis partem quae in occasum & ad urbem spectabat y). Vnde non immerito colligas, Bethphagen, ubi asinæ Christum imposuere discipuli, trans montis culmina, & i. circiter stadiis Hierosolymis remotam fuisse: tanto scilicet intervallo propinqua eidem Bethania inde aberat.z) Ut vero Bethphagen Talmudicorum, a Bethphage in novi instrumenti tabulis commemorata distinguamus, quod nonnulli faciunt, nulla prorsus urget necessitas.

§. IX.

x) V. Relandum in *Palæst.* p. 652.

y) V. Matth. XXI. 1. Luc. XIX, 29, 37.

z) Ioh. XI, 18.

§. IX.

In eo autem facile assentientem me habebit Lightfootus, quod dicta Bethphage sit, qs. *domus grossorum*, Chaldæis & Syris פָּנִים appellatorum. hi enim inter alios quoque fructus ibi proveniebant a). ORIGENES, CHRYSOSTOMVS & HIERONYMVS *domum maxillarum* exponunt: existimantes, vicum fuisse sacerdotum, quorum pars propria *maxilla* erant. Sed repugnat huic interpretationi ipsa nominis, quam in Hebræorum monumentis reperimus, scriptio. Néque enim per פָּנִים exprimitur פְּנֵי, quæ vox *maxillas* Syris significat, sed per פָּנָה, פָּנָה.

§. X.

Concludimus igitur, cum Bethphage ad montem sita oliviferum, & pars habita fuerit Hierosolymorum (incertum, qua de causa), ipsum quoque montem illum ad Hierosolymam pertinuisse. Hujus igitur tria culmina si Zioni, Acræ, Moria & Bezethæ montibus annumeres, habebis fane Hierosolymam septicollum.

V 4

ORA-

a) Matth, XXI, 19.

ORATIO *

DE

**UTILITATE, QVAM E SCRIP-
TORIBVS GRÆCIS PROFANIS
CAPERE POTEST V. T.**

INTERPRES,

PVBLICE RECITATA, **

*Cum munus Professoris Philologiae Græcæ
ordinarii, majorum ritu, suscipere.*

**PRORECTOR MAGNIFICE,
Spectabiles omnium ordinum Decani,**

VIRI

*Summe Reverendi, Consultissimi, Experientissimi,
atque Amplissimi,*

*Omnium scientiarum ac disciplinarum
Professores longe Celeberrimi,*

*Fautores & Collegæ
obseruant colendi,*

Hospites Exoptatissimi,

*Tuque generis, virtutis & doctrinæ laude flo-
rentissima Commilitonum Præstantissimorum
concio.*

EXtitisse semper in orbe christiano,
atque inde fere ab hujus primordiis,
ali-

* Poterat oratio hæc, opera fere tumultuaria, inter infinitos labores alios, conscripta, variis locis augeri magisque expoliri. Habui vero causas, quæ me impulerunt, ut talem potius publicarem, quam habu- eram, quam curis secundis interpolatam.

** Ad d. XIV. Septembris, A. MDCCXXIV.

aliquem illorum hominum numerum , qui profanam eruditionem omnem , homini Christi imbuto mysteriis , tanquam rem pestilentem , fugiendam esse censuerunt , ignotum esse potest nemini , nisi forte ei , qui de fatis litterarum cognoscendis , nunquam fuit sollicitus . Non hodie tantum , nec ante aliquot modo secula , sed ipsa statim adolescentis religionis christianæ ætate , morosa hæc multorum inaudita vox fuit : Pagorum libros , si quis Christianorum legat , facinus committit impium . Habuit certe ævum illud antiquius dictatorem aliquem severum , qui legatorum Christi auctoritate magna cum audacia turpiter abusus , in *constitutionibus* , quæ vocantur , *apostolicis* (decretis fane antiquis , quamvis falso a) ipsis tribuantur apostolis) e-

V 5 dixit:

- a) Ut alios nunc fileam , nuper admodum Jo. RICHARDSON in *prælectionibus ecclesiasticis* , Londini editis 1726. tribus argumentis probavit *Constitutiones Apostolicas* esse suppositicias . (1) quod ea contineant multa absurdæ & impia . (2) quod ecclesia eas non receperit in Scripturæ canonem . (3) quod

dixit : τΩΝ ΕΘΝΙΚΩΝ ΒΙΒΑΙΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΑΠΕΧΟΥΤ *Ab omnibus gentilium libris abstine.* b) Quam eandem sententiam com-

quod primitiva ecclesia eas pro scripto Apostolico nunquam agnoverit. Idem eos refellit, qui vel Clementem Romanum, vel ipsos Apostolos statuunt earum auctores. v.
Aetia Erudit. Lips. m. Mart. 1727. p. 113.

b) Lib. I. c. 6. p. 204. edit. Clerici. Additur ibidem : τί γάρ σοι καὶ ἀλλοτρίους λόγους ἢ νόμους, ἢ ψευδοπροφήταις, ἢ δὲ καὶ παρατέπει τῆς πίστεως τὰς ἐλαφρές. Quid enim tibi cum alienis sermonibus vel legibus, vel falsis prophetis; quæ quidem ὁ homines leves avertunt a fide. Nec longe post : πάντων δὲ ἀλλοτρίων καὶ διαβολικῶν ιχυρῶς ἀπέχε. *Ab omnibus itaque alienis diabolicis fortiter abstine.* Idem auctor I. II. c. 61. τί δὲ βέλη μεταχειν τῶν Ἑλληνικῶν λογίων, ὃντων νεκρῶν ἀνθρώπων, ἐξ ἐπιπνόας διαβόλων ἀποφανθέντων νεκροποιεῖ, καὶ πίστεως ἀνατρεπτικά, καὶ πρὸς πολυθεῖον ἀπάγοντα τὰς προσανέχοντας αὐτοῖς; Quid vero vis tecum communicari gentilium litteras, quæ sunt hominum mortuorum, diaboli instinctu tradentium dogmata mortifera, fidem subver-

ten-

complures etiam alios ex ecclesiæ veteris antistitibus, viros aliqui non indoctos, nec malos, secutos fuisse reprehendimus c). In quibus numerari præcete-

tentia, & ad errorem multitudinis Deorum in illos intentos abducentia.

c) Adscribam hic Cotelerii ad constit. modo cit. annotationem, cum rei illustrandæ mirifice inserviat. Librorum a paganis conscriptorum lectionem fuere inter magistratos veteres, qui probarunt, fuere etiam, qui rejecerunt. Comprobant, tuentur, laudibus efferunt Clem. Alexandr. Strom. I. Tertull. de *idololatr.* c. 10. Origenes *Phænomena* c. 13. & apud Euseb. *Hist. ecci.* I. VI. c. 18. Greg. Nazianz. *orat.* 20. Hieron. *epist.* 84. ad *magnum oratorem.* Greg. Papa ad 1. *Reg.* XIII, 19. 20. Theodoritus *hist. eccl.* IV. c. 26. Socrates ac Nicephorus in confimili syntagmate, ille I. III. c. 16. hic I. X. c. 26. & Jo. Damascenus c. I. libri de *dialectica.* Rejiciunt ac vetant universè cum *Constitutio-* *nibus Recognitiones* I. X. cc. 15. & 42. Isidorus I. III. *Sentent.* c. 13. notaque nulli non est circa hanc rem Hieronymi flagellatio; cui annexere oportet quod de Cæsario Arelatensi refert Cyprianus discipulus in *vita illius*

ceteris possunt recognitionum apostolicarum auctor, Clementis nomen imentitus, concilii Carthaginensis patres conscripti, Isidori duo, unus Peluliota, alter Hispanensis, Gregorius Nazianzenus, & ipse etiam, quod mireris, Hieronymus. Hic enim tantus vir, quamvis quicquid habuit humanæ sapientiæ & doctrinæ elegantis, habuit autem harum rerum plurimum, illud fere universum e Platonis, Tullii aliorumque ejus generis auctorum

"illius c. 3. Vid. quoque epistolam 2. Paulini
"ad Aufonium. Sed & Origenis studium
"erga litteras seculares nonnullis displice-
"bat, quibus ille respondit per epistolas, ut
"videre est in hist. Eusebii I. VI. c. 19. Pe-
"culiariter vero ne legant libros ethnico-
"rum interdict episcopis Concilium Car-
"thaginense 4. can. 16. *Vt episcopus gentili-*
"um libros non legat; hæreticorum autem pro
"necessitate & tempore. Add. Isidorus Pelu-
"siota lib. I. epist. 63. & Isidorus Hispanensis
"c. 8. suæ regulæ, Nilus asceta I. II. epist. 73.
"lib. IV. epist. I. Greg. Nazianzenus Greg.
"Nyssenum epist. 43. increpat, quod sacris
"voluminibus abjectis, profana in manus
"sumserit, rhetorque audire quam christia-
"nus maluerit. cet.

rum monumentis præstantissimis sibi comparaverit, ac judicium præterea de his studiis aliquando tulerit honorificum; tamen tempore & loco alio eadem execratus est, cum d) poetarum carmina, secularium sapientiam, & rhetororum pompam verborum cibum pronunciavit *dæmonum*. Quæ ejus verba nunquam sine horrore, indignatione atque stomacho legi a me posse fateor, aut memoria repeti. Evidem haud scio, utrum ut mutaret sententiam vir sanctus & egregie doctus magis eum moverint illorum e) obtræctationes, qui studium in litteris profanis ab eodem collocatum, quamvis teête, acerbe tamen, reprehendere aggressi sunt, quarum ille criminacionum tandem pertæsus aliquid dedisse videri possit hominum suæ ætatis opinionibus; an, quod vero videtur proprius, flagrorum recordatio, quibus ob lecta studiosius Ciceronis scripta ad ipsum Christi tribunal castigatum se fuisse

d) In *regula monachorum* epist. 41. c. 15.

e) Ruffini cumprimis, & qui cum eo faciebant.

ille confirmat f) Cui quidem ejus nar-
ratio-

f) Narratio Hieronymi hujusmodi est : "In
 "media ferme quadragesima medullis infu-
 "sa febris corpus invasit exhaustum, & sine
 "ulla requie (quod dictu quoque incredi-
 "bile sit) sic infelicia membra depalpa est,
 "ut vix ossibus harrerem. Interim parantur
 "exequiae, & vitalis animæ calor, toto fri-
 "gescente jam corpore, in solo tantum te-
 "pescente pectusculo palpitabat; cum sub-
 "ito raptus in spiritu ad tribunal judicis
 "pertrahor, ubi tantum luminis, & tantum
 "erat ex circumstantium claritate fulgoris,
 "ut projectus in terram sursum suspicere
 "non auderem. Interrogatus de conditio-
 "ne, Christianum me esse respondi : at il-
 "le, qui præsidebat : *Mentiris, ait, Ciceronia-
 "nus es, non Christianus ; ubi enim thesaurus
 "tuus, ibi cor tuum.* Illoco obmutui & inter-
 "verbera (nam cædi me jussérat) conscién-
 "tiæ magis igne torquebar, illum mecum
 "versiculum reputans : *In inferno autem quis
 "confitebitur tibi ? Clamare autem cœpi &
 "ejulans dicere : Miserere mei, Domine, mi-
 "serere mei.* Hæc vox inter flagella resonabat.
 "Tandem ad præsidentis genua provoluti,
 "qui adstiterant, precabantur, ut veniam
 "tribueret adolescentiæ, & errori locum
 pœni-

rationi quid veri insit falsique non est
hujus loci disquirere. Judicabit, opinor,

"pœnitentiæ commodaret, exacturus dein
"de cruciatum, si gentilium litterarum li-
"bros aliquando legissim. Ego qui in tan-
"to constrictus articulo vellem etiam majo-
"ra promittere, dejerare cœpi, & nomen
"ejus obtestans dicere: *Domine, si unquam*
"habuero codices seculares, si legero, te negavi.
"In hæc sacramenti verba dimissus, rever-
"tor ad superos, & mirantibus cunctis, o-
"culos aperio, tanto lacrymarum imbre per-
"fusos, ut etiam incredulis fidem facerem
"ex dolore. Nec vero sopor ille fuerat, aut
"vana somnia, quibus sœpe deludimur. Te-
"stis est tribunal illud, ante quod jacui:
"testis judicium triste, quod timui. Ita mi-
"hi nunquam contingat, in talen incidere
"quæstionem, liventes habuisse scapulas,
"plagas sensisse post somnum, ut tanto de-
"hinc studio divina legi, quanto non ante
"mortalia legeram cet. V. Epist. Hieronymi
XXII. T. I. Opp. p. 94. Non dubito, quin
ferio & ex animi sententia hæc narraverit
Hieronymus, quamvis, post Petrum Mosel-
lanum, ecclasiæ illam Hieronymianam si-
etiam judicaverit Cl. Heumannus in pro-
grammate de *Hieronymi ecclasiæ antiCiceronia-*
na, Göttingæ edito 1717.

nor, facile quivis, qui unum hoc perpendere, quod ipse profiteatur Hieronymus, eam castigationem tunc sibi obtigisse, cum igne febrili vehementer uareretur. Hunc enim morbum quis ignorat coniunctum plerumque esse cum vi imaginandi fortiori eaque corruptiori, cujus tanta esse solet efficacia, ut ea, quae nusquam adsunt, tanquam præsentia animis oculisque hominum obversari faciat. Aevum illud barbarum, quod *medii* nomine appellari mos invaluit, contemplari si lubeat, nullus unquam tantus esse potest elegantissimorum auëtorum contemtus & neglectus, quem illud non tulerit. In hoc fere unum conspirasse credas ævi illius impolitissimi doctores, quibus nil nisi horridus sermo, squalidum placebat eruditonis genus, omnem uti politiorem doctrinam, simul cum libris, quibus eadem custoditur, orbe exterminarent, atque ejicerent. Ex quo pessimo illorum hominum consilio damnum ad nostram quoque ætatem propagatum est irreparabile. Quippe satis causæ est viris doctis, cur de tot præstantissimorum mo-

nu-

numentorum, quēm illud tempus attulit interitu, hodie conquerantur. Tantum abest ut fabrefacti tunc esse possint maximisque antiquitatis nominibus suppositi illi libri, quorum elegantiam & nitorem hodie vix satis possumus admirari. Quod audacissime Gallum quendam g) affirmasse novimus, qui ingenio, quod acre nactus est, ad absurdā multa coloranda abuti gloriae sibi dicit. Denique optandum foret, ut hæc nostra ætas talia non abortivislet ingenia, quibus piaculum visum est auctores profanos christianorum in scholis atque aca- demiis legere, explicare & enucleare. Dolendum vero protecto est, hodie etiam inveniri, qui proscriptos hos volunt, & ab omnibus, sanctissimi servato- ris disciplinam sequentibus, hanc vocem, in gentilium sacrī olim exauditam, in- geminari cupiunt: *Procul o procul este profani!* Cui ego errori turpi confu- rando, postulato iniquissimo declinando ut multum operæ nunc insumam, su-

Pars III.

X

per-

g) Jo. Harduinum, S. J. in Collegio Ludovici
M. quod Parisis floret.

pervacaneum judico, cum litteratissimi pridem viri, ac inter veteres nominatim Basilius M. h) bonam causam aduersus censores illos iniquiores strenue egerint & masculine defenderint. Mihi semper duo haec sufficere visa sunt, quae opinioni isti stolidae opponantur. Vnum est, fuisse inter ipsos sacrarum scripturarum conditores, qui profanis doctrinis essent erudit. Divus certe Paulus, qui sapientia & virtute in apostolorum coetu unus omnium maxime excelluit, a Graecorum artibus & disciplinis non modo non abhorruit; sed ipsis etiam poetarum Graecorum dictis ad ea, quae praeceperat, confirmanda in sermonibus & epistolis suis opportune nonnunquam usus est. i) Ipsum igitur is Paulum re-

pre-

h) Scripto libello πρὸς τὰς νέας, ὅπως ἀν ἐξ Ἑλληνικῶν ὀφελοῦντο λόγων, ad adolescentes consobrinos de gentilium libris cum fructu legendis. Vid. Jo. Alb. Fabricii Bibliot. Gr. volum. VIII. p. 74.

i) V. c. Arati, Menandri & Epimenidis. Non possum assentiri doctissimo Clerico, in annotation. ad 1. Cor. XV, 33. scribenti; Non sole-

prehendat necesse est qui eos culpare in
animum inducit, quos cum scriptoribus

X 2

gen-

"lebant Judæi Ethnicorum scripta lectitare
"nec ceteroqui stilus Pauli ullam in nobis
"suspicionem movet vel salutatorum a Pau-
"lo ejusmodi studiorum. Nam si Ethni-
"corum scripta lectitasset, color aliquis ex
"ea lectione ei hæsisset. Nam cum natus
Paulus esset pueritiamque exegisset Tarsi,
quæ urbs litterarum Græcanicarum flore
cum ipsis tunc certabat Athenis, quis cre-
dat, eum, amore quodam litterarum natu-
rali captum, ab omni scriptorum Græco-
rum usū sibi temperasse? Judæos vero illa
ætate Ethnicorum etiam scripta lectitasse
exempla docent Philonis & Josephi, quo-
rum hic præsertim quicquid fere monu-
mentorum Græcorum tunc exstabat inde-
festo studio perreptavit. Indicio sunt libri
ejus *contra Appionem*. Quod vero stilus a-
postoli neglectos ab eo prodat bonos au-
ctores Græcos, in eo nescio, an eos secum
consentientes habiturus sit multijugæ e-
ruditionis vir, qui dictionem Paulinam cum
illa exterorum ex instituto compararunt.
Sed esto, stilum Pauli ab illo cultu, quem
in aliquibus, certe non omnibus, Græco-
rum libris suspicimus, procul esse remo-
tum,

gentilibus aliquam videt contrahere familiaritatem. Alterum hoc pono: omnifere tempore, quo boni illi, de quibus agimus, auctores hostes habuere & contemtores plurimos, longe infeliciorem & tristiorum animadversum fuit extitisse ipsius etiam disciplinæ divinioris formem, quam cum multos iidem inveniunt

tum, nonne dedita is opera ab ornatu rhetorico, qui lectoribus litterarum rudibus difficultatem interdum creat, abstinuisse censeri potest, ut cœlestem sapientiam veritatemque nudam magis sifteret, omnibusque perspicuam & quasi palpabilem? Suspecta multis esse poterat causa, quæ verborum vestita esset pompa. Præterea non semper accidit, ut ex auctorum lectiōne stili quidam trahatur color. Leguntur hodie ab omnibus, qui litteris operam dant, scriptores Latini veteres, at quam multi sunt, qui cum latino sermone aliquid scribunt, tam parum eleganter id faciunt, nunquam uti illos salutasse videantur. Solent multi in lectiōne illa magis ad res, quam ad verba attendere. Et quid, si Paulum poetas potissimum Græcos, quorum dictio ad prosaicum sermonem accommodari haud poterat, lectitasse dicamus?

runt æstimatores. Argumento esse possunt sextum a nato Christo & subsecuta secula ad decimum quintum usque. Quia temporis intercedente cum bonæ litteræ a plerisque spernerentur , proh ! quanta fuit sanioris theologiae ignoratio , quanta extitit depravatio ! At cum eodem , quod posteriori loco nominavi , seculo , scriptores antiquos nitidissimos ex profundissimo quasi sepulcro in lucem protrahere & cum his optimas litteras , jam propemodum extinctas , suscitare instituerent viri quidam cordati , horumque institutum complures postea aliipersequerentur , simul accidit , ut nativæ simplicitati & antiquæ illi puritati restituta sit religio , qua hodienum illa in coetibus Christianorum repurgatis conspicua est atque floret . Ut colligere hinc liceat , quo magis negliguntur præclarissimæ veteres , eo deformiorem evadere doctrinæ sacræ faciem , quo autem majoris illi fiunt , eo insignius etiam hanc accipere ornamentum . Evidem non immemor sum moniti illius sapientis , quod philosophorum in scholis solet inculcari : *Duo cum simul adsunt , cavendum est,*

est, ne unum statim alterius credamus esse causam aut illud sustinere. Hoc tamen parum abest, quin semper verum pronunciem: Ex duabus rebus, quæ conjunctæ esse observantur, si una sublata altera cesseret, aut in deteriorius saltē mutetur, tum quidem illam hujus vel causam extitisse vel sustentaculum. Intelligitis facile, A. O. O. H. quorsum hæc a me dicantur. Itaque non hæsitans affirmo, eos, qui cultissima exterorum scripta aboleri volunt, vel certe negligi, illud vel imprudentes agere ut barbarie celestes litteras denuo opprimant, quam profligare quanti olim res laboris fuit! Priscis quidem ecclesiæ doctoribus condonandum quodammodo censeo, quod homines christianorum gregi adscriptos a profanorum autorum usu sibi temperare jusserint. Rem illi judicabant periculi plenam, si iis, qui a superstitionis vanitatibus ad veram sapientiam nuper quidem fuerant reformati, sed contra hostium veritatis tela acutissima atque venenata nondum firmiter satis præmuniti, nec in virtutis ignoratæ antea neglectæque studio confirmati satis videban-

bantur exercitatique, si his, inquam, libri traderentur, quibus ineptissima religio argumentis ornaretur speciosis, & virtia maxima, tanquam virtutes excellentes, quas ipsi Dii heroesque coluissent, commendarentur. Sed qui hæc nostra ætate, qua periculum illud, quod dixi, metuendum temere non est, vitari illa studia jubent, eos ego homines fanaticos, absurdos, optimarumque litterarum hostes manifestos numerandos esse existimem. Annon enim hi illud ipsum volunt abjici, quod partibus sacratioris disciplinæ singulis plurimum affert luminis ornatusque ? Sed animus nunc non est latius hæc persequi. Vnum hoc monuisse sufficiat : scriptores Græcos & Latinos, quamvis ab illa doctrina, quæ divinis traditur litteris, alienos, harum tamen, si recte illis utaris, optimos interdum existere interpretes. k) *Quod ipsum*

X 4

k) Praclarum hac de re judicium extat Cel. viri, Theod. Hafsei, in *Biblioth. Histor. Phil. Theol.* Cl. VII. fasc. 3. p. 486. : quod quoni- am mirifice semper placuit, huc apponam. "Veteris ævi scriptores, quamvis extra com- mu-

ipsum generatim atque universē argumentis confirmarem pluribus, nisi oratione hac auspicali illud mihi sigillatim sumfissēm explicandum, posse Veteris Testamenti interpretēm, e scriptoribus Græcis

“munitionem ecclesiæ Christianæ collocatos,
“persæpe in præstantissimorum sacrarum
“litterarum interpretum censum esse refe-
“rendos, frequenti rerum usu deprehendi.
“Identidem enim inscii, atque prorsus a-
“liud agentes, ea consignarunt litteris, ex
“quibus, si in viros inciderint, qui eas scite
“ac prudenter tractare norunt, sacris pan-
“dectis plus luminis ac splendoris inferri
“potest, quam Rabbinorum (quanquam &
“hi non usibus suis destituti sunt,) & pa-
“rum abest, quin addam, multorum eccle-
“siæ priscæ Doctorum, quibus ex instituto
“scripturam illustrare conati sunt, com-
“mentariis. Id autem cum nostris quoque
“diebus ab illis, quos id omnium decebat
“minime, non sine insigni detimento, im-
“mo clade politiorum juxta ac sacrarum
“litterarum, in dubium vocetur, sua laude
“non fraudandos esse existimo, qui id sub-
“inde monent, inculcant strenue, & exem-
“plis omnem exceptionem respuentibus
“confirmatum eunt.

*cis profanis, (quo nomine eos designo,
qui cum neque Hebræorum neque Christianorum addicti essent sacris, ingenii
sui monumenta Græco sermone ediderunt) utilitatem percipere admirabilem.*
Quod argumentum cum nec ab illa professione, quæ clementissimorum Iussu
Principum adeunda mihi nunc est, abhorrens, neque a ratione studiorum
meorum, quibus Græcas litteras cum Hebraicis conjungere suevi, alienum,
nec attentione denique vestra plane indignum ipsi forte judicaturi sitis, A. O.
O. H. facile ab humanitate vestra, dum mihi perspecta, impetraturum me
confido, ut patienter & benevole me audiatis. Evidem sentio non eam esse fa-
cultatem meam, ut aliquid exspectatione auribusque vestris satis dignum af-
ferre queam, silentiumque mihi tenen-
dum intelligo, si istud me facere opor-
teret; sperare tamen me jubet benevo-
lentia vestra, fore, ut rationem habeatis
hominis in dicendi palæstra parum ex-
ercitati, & cui verba faciendi necessita-
tem vetus academiæ nostræ institutum
hac occasione imponit. Efficiatis igitur,

quæso, ut quantum mihi deest eloquentiæ (deest autem plurimum) tantum mihi a benevolentia vestra accedat. Res quidem, de qua differere constitui, talis est, ut campum mihi dicendi aperiat amplissimum. Utar vero hoc temperamento, ut non omnia, nec nulla tamen in medium afferam, quo, si nulla re alia probare se vobis possit oratio mea, brevitate saltim sua in argumento uberrimo tolerabilis efficiatur.

Quam eximio cum fructu is, qui ad novi fœderis tabulas interpretandas animum suum appulit, scriptores Græcos exterorū manibus versare possit, cum per se apertum est, tum pridē a multis doctissimis viris solide fuit demonstratum. Cum enim, ut alia omittam, Græcis litteris divinam mandaverint sapientiam sanctissimi apostoli, virique alii Dei spiritu impulsi, multum omnino confert ad mentem eorum penitus cognoscendam, si Græci sermonis indolem genuinam, nativamque & multiplicem, quæ vocibus ejus & phrasibus ineſt, significandi vim iis ex auctoribus, qui hæc scriptis suis plane expreſſerunt, condiscamus.

At

Ac novit sane nostra etiam ætas Bosios, Elsneros, Raphelios l) aliosque, qui scriptioribus singularibus hoc ipsum in aprico collocarunt. Nec defuere etiam viri sagaces, qui licet horum institutum minime damnarent, imo approbarent, præclare tamen simul docuerunt, qua cautione & circumspectione uti hic deceat interpretem. Neque vero his modo, qui libros sacros, Græcorum lingua primum conscriptos, explanare instituerunt, mirifice prodesse possunt auctores Græci profani; sed illos etiam egregie juvant, qui codicis Hebraici & ex parte Chaldaici sensa aperire allaborant. Est vero utilitas, quam ex illis capere hi possunt, omnis vel *in verbis* vel *in rebus* posita: Quæ duo momenta ordine mihi nunc reor esse explicanda. Ad prius refero cum voces singulares, tum locutiones integras. Itaque hoc in primis positum esto, *voces in Veteris Testam. fontibus extare complures*, quæ cum vocibus apud

l) His nuper accessit Jo. Alberti, Lamb. Bosii discipulus, editis anno 1725. Lugd. Batav. *observationibus Philologicis in sacros novi fæderis libros*, & anno superiori *Periculo Critico*.

apud scriptores Græcos profanos obviis comparatae exponi ex his possint dilucide. Dudum hoc a viris doctis agnatum fuit demonstratumque , habere linguas plerasque gentium certe cultiorum commune quoddam vinculum , & quasi cognatione quadam inter se contineri. Quæ sane cognatio eo est manifestior , quo magis ipsius soni in vocibns innumeris congruentia eam prodit. Est præsertim ea linguae Hebraicæ ratio , ut magna ei cum Græca intercedat affinitas , lucemque hinc accipiat egregiam. Non lubet nunc in istius convenientiæ rationes curiosius inquirere , nec eam in præsenti ingredi placet disputationem , qua disquiritur , utri ex duabus istis linguis majoris vetustatis gloria attribuenda sit. Vedit ætas nostra magni nominis philologos , m) qui rationibus haud-

m) Quos inter suo quodam jure referri debet Petrus Daniel Huetius , Abrincensium quondam pontifex , libere professus in *Demonstr. Evangel. Propos. IV. c. 13. p. 170. ed. recentiss. Lips.* Sic sentio , linguam Hebraicam non aliam fuisse , quam Chana-næam

haudquaquam levibus fulti jactatam illam linguæ Hebraicæ antiquitatem, & fit

"næam ipsam, unam ex iis, quæ ortæ sunt
"ex Babelica confusione; pristinam vero
"illam & primigeniam, quæ ante confu-
"sionem linguarum obtinebat, cum terra
"omnis erat *labii unius & sermonum eoru-*
"dem, vel funditus interiisse, vel in alias lin-
"guas esse disseminatam; vel si persevera-
"verit integra, ecquænam illa fuerit, Assy-
"ria, an Chananæa, an alia quævis, absque
"temeritate assignari non posse. In ean-
dem sententiam differit Jo. Clericus in *dis-*
sert. de lingua Hebr. Commentario ejus in pen-
tateuchum præmissa. "Postquam, ait, §. 5.
"ostendimus, neque primævam videri lin-
"guam Hebraicam, neque in familia He-
"beri conservatam, neque Abrahami verna-
"culam fuisse, ubi in usu fuerit quæren-
"dum supereft. Ut quod videtur, pace vi-
"rorum doctissimorum aliter cum Judæis
"sententium, dicam; Chananæam fuisse,
"eamque Abrahami posteros inter Jordani-
"nem & mare mediterraneum didicisse, non
"eò ex Chaldæa intulisse, existimo. Ne-
"que ea in opinione quidquam absolum,
"licet attente & diligenter animo versata,
"deprehendere me potuisse profiteor. Ii-
dem

fit venia verbo, primævitatem fictam esse docuerunt. Vedit vero etiam, qui, Magistrorum Judaeorum auctoritati nimum confisi, acerrime pro illa propugnunt n). Sed superet antiquitate linguam

Græ-

dem duumviri celeberrimi secusentientium argumenta, in quibus quod ex nominibus propriis מִרְאָה, תְּרוּמָה, aliisque petitur, præcipuum est, ita diluerunt, ut quod desiderari amplius possit, nihil reliquise videantur. Jungendus his omnino est summus ætatis nostræ Philologus, Dn. Herm. von der Hardt, qui primævitatem, liceat mihi compendii causa vocabulo hoc vti, lingua Hebr. non uno loco oppugnavit.

- n) Accessit horum partibus Rev. Sal. Deylin-
gius, *observationum sacr.* p. II. *observatione I.*
ex instituto contra Huetium & Clericum
disputans; accessit etiam nuperrime Clar.
Christ. Bened. Michaelis in *dissertat de He-
bræa & ad finibus orientis linguis a Græca deri-
vandis*, ubi §. 14. p. 12. "ante omnia, inquit,
"supponendum est nobis, quod & res ipsa
"loquitur, & universalis fere doctorum sen-
"tentia adprobat, nullam esse in toto orbe
"linguam Hebræa antiquiorem, & hanc i-
"p̄iam (si quidem Mosen audimus) linguam
"primævam censeri oportere. Sed vide-
rint

Græcam Hebraica, id nihilominus affirmare licebit, Græci sermonis notitiam multum omnino conferre ad Hebraicum plenius intelligendum. Nam ut lingua una alterius vocibus phrasibusque illustrandis inservire possit, haud quaquam necessarium esse arbitror, ut antiquior ea sit. Id solum meo quidem judicio requiritur, ut apertior sit in ea, a qua facem petimus, quam in altera illa significandi ratio. Qua quidem de re palam est illos penitus esse persuasos, qui ad veras & genuinas multarum vocum Hebraicarum notiones detegendas, cognitione Arabicæ linguæ, quam ex Hebraica prognatam esse nemo est qui dubiter, carere nos non posse judicant. Quæ sententia cum pridem a multis eruditissimis viris proposita fuit atque demonstrata, tum ipso hoc anno ab insigni quodam inter Batavos philologo o) repetita atque propugnata. Atque

"rint patroni hujus sententiae numerosi,
"quomodo illam tueantur.

o) Alb. Schultens LL. OO. apud Franecque-
ranos

que eundem ego usum, quem linguæ illi
adsignant Arabicæ, Græcæ quoque non
minori jure posse adscribi persuasione
ductus credo non inani. Sed intelligo
eam operam non esse hujus loci, qua fa-
cile foret generatim ostendere, Græco-
rum e lingua Hebraicam mirabiliter pos-
se illustrari. Illud potius efficiendum
mihi duco, ut exemplis nonnullis, ex
amplissima copia in medium prolati,
appareat, posse in primis scriptores Græ-
cos exterios utilissime adhiberi, ad cer-
tas voces Hebraicas, quarum non adeo
perspicuus est significatus, reæte inter-
pretandas. Haud raro namque contin-
git, ut apud illos eadem plane voces,
quamvis habitu vestitæ Græco, occur-
rant, ac ita quidem, ut quæ res illis in-
dicetur, obscurum esse prorsus nequeat.
Arcam illam, vel navem potius ingen-
tem, in qua ab undis diluvii terram te-
gentibus salutem invenit Noachi familia,
ex ea ligni specie, quæ גָּפֶר gopher dici-
tur

ranos Prof. qui ann. 1724. in lucem emisit
*Origines Hebreas ex Arabiæ penetralibus revo-
catas, de quo libro V. Acta Erud. 1724. p. 392.*

tur Hebrais, structam fuisse, diserto Mo-
sis testimonio habemus compertum.
De quo quidem ligno mirari subit opini-
ones ab interpretibus soveri diversas,
cum quale illud fuerit, intelligi nullo ne-
gocio possit, si illius meminerimus ar-
boris, quam κυπαρίσσιος nomine (ex quo
Latini suum *cupressum* fecerunt) cele-
brant Homerus, Arrianus, Athenæus,
Græci alii. Tolle enim ex κυπάρισσος ter-
minationem Græcam, & parum sane
Kypar a Gopher diffonabit. Neque vero
ex sola vocum similitudine argumentum
hic petitur, sed ut nihil dubitemus faci-
unt ejus ligni in illis regionibus, ubi de-
gebant primi homines, copia, firmitas
item & natura ad naves conficiendas
aptissima. Quocirca Alexander Mace-
do, ut testis est idem, quem modo ex-
citavi, Arrianus, auctor locuples, ma-

Pars III. Y gnum

p) De *Exped. Alex.* I. VII. p. 300. edit. Gronov.

λέγει δὲ ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο σό-
λος, τέμνοντι τὰς κυπαρίσσιας τὰς ἐν Ιῆ Βαβυ-
λωνίᾳ. Τέτων γὰς μένων τῶν δένδρων ἐυπορίου

ΣΙΛΕΩΣ

gnum harum arborum numerum in Babylonie cædi classemque ex iis ædificari jussit integrum. Cui addi potest, quod illustris Busbequius q) vias sibi in Bithynia

ēivai ēv tñ̄ xw̄ēa tñ̄ Aσσυρίān, tñ̄ dē ἀλλων
ζσα ēc ραυπηγιān ἀπόρως ēχειν τὴn γῆn τάντηn.
Dicit enim (Aristobulus) Alexandrum aliam
quoque classem construxisse, cæsis in Babylonie
cupressis. Harum enim arborum tantum in As-
syria copiam esse, reliquarum, quæ conficiendis
navibus aptæ finr, inopia laborare. Cf. Bochar-
tum in Phaleg. I. I. c. 4.

q) In legationis Turcicæ epistolis p. m. 54. Ex
"Cartali venimus Gebise, Bithyniae oppi-
"dum : quod olim Libyssam fuisse putant,
"Hannibalis sepulcro celebrem. Inde ju-
"cundissimus patet in mare sinumque Ni-
"comediensem prospectus. Vbi etiam ad-
"mirandæ proceritatis & crassitiei cupressi
"visuntur. Sed & in Peloponneso insignis
magnitudinis cupressos observasse se testa-
tur Jac. Sponius, in Voyage de Dalmatie de
Grece & du Levant. T. II. p. 12. ubi de hortis
urbis Patras, olim Aroa dictæ, loquitur:
"Nous y admirâmes sur tout un fameux
"Cyprès, qui est peut être bien le plus vi-
"eux & le plus gros du monde. Aussi Pli-
"ne

thynia narrat cupressos admirandæ proceritatis & crassitiei. Porro inter merces, quas institores Ismaelitas, quibus immanni quodam scelere Josephum fratrems vendiderunt Jacobi filii, in Aegyptum deportasse idem divinus Moses narrat, r) aliquod commemoratur genus, cui ל Lot nomen fecerunt Hebrew. Cujus quidem descriptionem ampliorem cum frustra in codice sacro requiras, quid mirum est, eos, qui vo-

Y 2 cum

"ne (*Hist. nat. I. XVI. c. 40.*) assure, que cet
"arbre ne sent ni la pourriture, ni la vieil-
"lesse, & il le met avec le buys, le cedre &
"l' ebene entre les arbres éternels. Son
"tronc est de 18 pieds de tour, il etend ses
"branches a 20 pieds de diamètre, étant
"de cette espece de cyprés, qui poussent ses
"rameaux en dehors, comme la Sabine.
"Vne douzaine d' autre cyprés, qui sont
"autour, quoique fort grands, ne lui fer-
"vent, que de lustre. Pline fait aussi men-
"tion d' un chêne, qui avoit 35 pieds de
"circonference ; mais il y a moins a s' en-
"tonner, parceque c' est un arbre, qui vi-
"ent ordinairement gros.

r) Gen. XXXVII, 25.

cum Hebr. significatus libris singularibus investigare & explicare aggressi sunt, in isto vocabulo interpretando tantopere discrepare. Aperta autem, mea opinione, res erit, si cum illo Græcum *ληδανον*, certi cujusdam succi Arabici contendamus nomen, Herodoto, s) & Dioscoridi Medico t) memoratum expositumque. Suadet nempe sonus similis, suadet regio, ex qua mercimonia sua apportasse leguntur Ismaelitæ, suadet denique usus in Aegypto, quo iidem mercatores tunc proficisciabantur, frequens, ut per Hebr. *Lot* & Græcum *ληδανον*, Plinio u) *ladanum* vocatum, rem signari existimemus unam eandemque. In libro Ephemer. priori, apud Esram item & Nehemiam דרכנים Adarconim & אדרקונים *Darcmonim* cum nominantur, orationis contextus dubitare neminem finit, indicari his vocibus aliquod nummi genus. Sed quale illud fuerit, quantique pretii, vix constare nobis poterit, nisi de Græco

ερα-

s) Lib. III. c. 12.

t) *Mat. med. l. I. c. 128.*

u) *Hist. nat. l. XII. c. 17.*

δεαχμή, vel, ut aliis placere video, de Δαρεικοῖς, *Daricis*, nummis aureis Persicis, cogitemus, horumque pretium ex Thucydide & Xenophonte cognoverimus. x) Instrumentorum Musicorum nomina, libri Danielis cap. III. recensita, mere Græca esse primo statim intuitu nemo non intelligit. Scire itaque si cupias, quid sit משורקיתא maschrokita, quid סבכא kaiteros, quid Sabbecha, quid סומפנורָה psanterin, quid sumponja, conferas hæc vocabula oportet cum Græcis σύργξ κιθάρης I. κιθάρα, σαυβάκη, Φαλτήριον, συμφωνία, & qualia instrumenta his designentur ex Aristotele, Athénæo, Plutarcho, Porphyrio, Theocrito aliisque id genus auctoriibus discere studeas. Nomina, quæ Grammaticis vocantur, propria gentium, regionum, urbium, fluviorum aliaque, in litteris sacris obvia, si consideremus, in his quo-

Y 3 que

x) V. Summe Ven. Herm. v. d. Hardt *Nomos & pondera Hebraeorum ex Græcia* p. 24. Adde Rev. Raphelii *Annotat. in N. T. ex Xenoph.* p. 360.

que multa nobis occurrent, quæ lucem
sibi eandem postulant. Sunt non infre-
quentia ibi nomina *Casdim*, *Cittim*, *Cre-
tim*, *Jevanim*, *Paras*, *Susan*, *Prath*, quæ
recte explicare nemo unquam poterit,
nisi qui *Chaldaeorum*, *Macedonum*, *Cre-
tum*, *Ionum*, *Perfidos*, *Susorum* & *Euphra-
tis* nomina, Græcis auctoribus multum
celebrata, cum illis comparet. Neque
vero sonus modo cognatus illustrationis
nobis præbet materiam, sed accidit et-
iam nonnunquam, ut potestates quæ-
dam vocum Hebraicarum peculiares,
ex usu quodam vocum Græcarum, si-
gnificatu etiam vulgatori Hebraicis re-
spondentium, singulari cognosci possint,
vel certe confirmari, licet soni nulla in-
tercedat similitudo, vel intercedere fal-
tem non videatur. Quod satis erit, si
exemplis nunc duobus declarem. He-
braicum שַׁבָּע *schaar* & Græcum θύεια
portam vulgo significare, pervulgatum
notumque est. Interdum vero per שְׁמָךְ
aliud quid indicari, iis præsertim in lo-
cis, ubi cum voce מלֶךְ *melech*, *regis*, jun-
gitur, facile est agnitu. Ibi scilicet su-
spicere

spicabitur attentus lector illud designari,
quod *aulam* dixerat Latini. De quo ut
certior sit fiet, si sensu illo θύρας voca-
bulo usum esse meminerit Xenophon-
tem. Hunc enim τὰς θύρας τῷ βασιλέως
portas regis, imo θύρας simpliciter, pro
aula regis aliquoties posuisse, omnes ii
norunt, qui cum Musa illa Attica paulo fa-
miliarius versati sunt y). Eandem loquen-
ti rationem gens quoque servat Tur-
cica, quando supremi sui principis au-
lam *portam* adpellat: quod nos ipsi imi-
tantes *portam* dicere solemus *Othomanni-
cam*, cum aula nominanda est dominato-
ris Turcarum. Sic אַבְתָּה abhoth non patres
modo Hebræis denotat, sive genitores, sed
majores quoque. Quam significatus in illa
voce amplitudinem non est cur miremur,
siquidem Homero quoque τοκῆς (sic pa-
rentes Græci vocare solent) majores sunt.
z) Denique illud quoque silentio præ-

Y 4 te-

y) Fusius hac de re differit Henr. Stephanus
Annotat. in Xenoph. p. 13.

z) *Odyss.* VII. 54. ubi Minerva Vlyssi Alcinoi
uxorem descriptura:

tereundum non esse duco , quod in nomina propria, quibus v. c. urbes aliquas Hebræorum gens insignivit , inquirenti interpreti usum auctores Græci interdum præstent eximum , si nominibus illis , appellationum communium loco habitis, voces conferat Græcas, idem significantes. Sic enim quandoque continget, ut occurrat memoriæ nomen aliquod Græcum, itidem proprium, ex scriptore aliquo Græco antea cognitum, quod Hebraicum istud prorsus exprimat , atque ita , quæ urbs significetur, manifestum faciat. Sumamus exempli loco nomen *Chamath*, iis fere singulis sacri codicis locis obvium, ubi limites terræ Israeliticæ boreales describuntur.

Sunt

Αερίτη δ' ὄνομ' ἔστιν ἐπώνυμον. ἐκ δὲ τοιῆων
τῶν αὐτῶν ὅπερε τέκον Αλκίνοον Βασιλῆα.

Arete ei nomen est cognomine; ex parentibus autem

Iisdem est, qui generunt Alcinoum regem.

Ad quem locum recte monet Eustathius:

Θύμηος τὸ τῶν αὐτῶν τοιῆων αὐτὶ προγόνων
ἔλαβεν. Homerus ex iisdem parentibus dixit
pro iisdem majoribus.

Sunt qui sub illo *Antiochiam*, sunt etiam, qui *Epiphaniam*, urbes Syriae nobiles latere sibi persuadent. Mihi ex ipsius nominis significatu, ad vocem aliquam Græcam relato, detegi urbem posse semper fuit creditum. Nempe חַמָּה Chammah solem cum notet, apparent sane Græcum ἡλιος illi respondere. Quod si jam in mentem nobis veniat urbis Syriae clarissimæ *Heliopoleos*, Straboni a) memoratæ, & a solis cultu in Syria frequenti nomen sortitæ, facile adducemur, ut hanc potius quam aliam quandam Chamathæ nomine indicari civitatem existimemus, præfertim cum Heliopoleos situs Chamathæ nostræ optime conveniat. Eadem quoque via investigari facile poterit quænam illa urbs sit, quam Sin appellat Ezechiel propheta, b) Aegyptique dicit propugnaculum. Si scilicet memoria teneamus יְהוּדָה Sin lutum s. cœnum esse orientalibus, c) adeoque

Y 3 idem

a) *Geograph.* I. XVI. p. 753.

b) cap. XXX. v. 15. 16.

c) V. Bocharti *Phaleg.* I. IV. c. 27.

idem sonare, quod Græcum πηλὸς, proclive sane erit judicare, munitissimam illam Aegypti urbem intelligi, cui ex loci, in quo condita fuerat, ingenio nomen *Pelusio* h. e. *coenosæ* datum idem, quem modo laudavimus, nos docet geographus. d) Quo cognito, indubitatum simul erit, סִנִים *Sinim*, qui Esaiae e) nominantur, esse *Pelusiotas* sive *Pelusii* incolas. Sed quæ haec tenus disserui, eo in primis pertinent, ut quid in vocibus linguae Hebr. singularibus, curate interpretandis, ab auctoribus Græcis profanis peti possit auxilii intelligatur. Ordinis nunc & instituti ratio exigit, ut nonnulla de locutionibus addamus integris, quarum bene multas eadem

d) *Geograph.* XVII. p. 802. τὸ πελύσιον κύνιλῳ περικέμενα ἔχει ἔλη, ἀτίνες βάραθρα καλλοστηναὶ τέλματα - - - ὡνόμασαι δὲ απὸ τῆς πηλῆς καὶ τῶν τελμάτων. *Pelusium lacus* habet circumiacentes, quos quidam Barathra vocant, Οἰ λοκοι cœnosos. Nomen consecuta a luto est locisque cœnosis.

e) c. XLIX, 12.

dem luce egregie posse illustrari, non minus certum est exploratumque. Quemadmodum cogitandi ita loquendi etiam rationes apud diversas gentes easdem esse sæpenumero experimur, ita tamen, ut phrasis eadem una in lingua variis de causis clarius interdum sit minusque ambigua, quam in altera. Fieri igitur solet, ut si quid obscuri vel ambigui locutioni cuidam una in lingua ineft, illud comparationis beneficio e medio tollatur. Quod sicuti universe, ita speciatim de phrasibus Hebraicis atque Græcis similibus vere affirmari potest. Juvabit igitur sæpius, ut si forte illarum sensus dubius sit, has in subsidium adhibeamus. Ut vero operam ne ludat interpres, non suscipiet, si sapit, comparationem illam, nisi cum in Hebraicis aliquid sese difficultatis objicit. Nam in ceteris, quæ per se satis planæ sunt, laborem illum, qui utriusque linguæ locutionibus inter se comparandis insumitur, frustra reor suscipi, utilitatem quippe aliam non habiturum, quam ut appareat, Græcos verbis æque claris mentis suæ cogitata exprimere. Eam vero diligentiam, quamvis

vis a magnis etiam viris adhibitam, in-
fructuosam ego dicere nullus ambigo
nullaque prorsus laude dignam pronun-
ciare. Subministrant autem nobis phra-
sium Græcarum, Hebraicis geminarum
cognatarumque, copiam cum alia Græ-
corum monumenta, tum vetustissima
cum primis Homeri carmina, quorum
proinde lectio affidua commendatissima
esse debet codicis Hebr. interpreti. Id
libro singulari, cui *Homeri Hebraizantis*
titulum fecit, ostendere instituit Zacha-
rias Bogenus, philologus Anglus non in-
celebris. Novimus quidem viro huic
studium in componenda dictione sacra
& Homericam nimium a nonnullis expro-
brari. Sed excesserit modum, institu-
tum tamen ipsum laude sua nequaquam
puto defraudandum. Neque enim ve-
reor, ne veritati injuriam faciam, si ge-
nus dicendi Homericum, cum Hebraico
per sit simile, nec in ejus perspicuitate,
quam illustrationis, de qua agimus, ne-
gocium ex hac parte maxime requirit,
desiderari quidquam facile possit, locu-
tionibus Hebraicis illuminandis pluri-
mum conducere asleverem. Fidem ver-
bis

bis meis concilient exempla aliqua. V.
titur v. c. Homerus phrasι *ηλέπτειν νόον*,
mentem furari, si de verbo reddas in tali
fermone , ex quo absque disquisitione
operosa intelligi potest, idem eum dice-
re voluisse, quod Latini suo *fallere homi-
num animos* significant f). Eam jam for-
mulam si ad illum referas libri Geneseos
locum g) quo Labani sordidissimi homi-
nis *cor furatus* dicitur Jacobus patriar-
cha, facile intelliges dolum huic tribui,
quamvis non inustum. Porro insolens
videri poterat ea loquendi ratio, qua Es-
faias, h) divinus vates , Eliakimum su-
premium regni Davidici administrum
constituendum significaturus, *ejus hume-
ris impositum iri*, ait, *clavem domus Davi-
dicæ*. Eccur enim humeris potius impo-
nendam clavem dicit, quam in manus tra-
dendam , cum his teneri claves & cir-
cumgestari soleant , non humeris ? Ve-
rum haud inscite , nec absque ratione
locutum sic fuisse Esaiam , ex certis Ho-
meri Callimachi & Ariftonis locutioni-
bus

f) v. *Iliad.* XIV. v. 217. & cf. *Il. I. v. 133.*

g) Genef. XXXI, 20. 27.

h) Ef. XXII, 22.

bus manifestum fit , utpote ex quibus,
eam fuisse patet clavum apud veteres fi-
guram , ut humeris multo commodius
quam manibus gestari potuerint. i)

Sed

i) Cum rem illam universam optime decla-
rasse videam Huetium in *Pensées diverses*
p. 233. non ægre laturos confido lectores, si
eruditissimam ejus commentatiunculam
hic comparere jubeam. "Les interprètes
"se tourmentent fort sur l' explication de
"ce passage, ne comprenant pas comment
"une clef peut être portée sur l' épaule ;
"ce qui ne convient nullement aux clefs,
"dont nous nous servons aujourd'hui.
"Leur embarras cessera , quand ils sauront,
"que dans les premiers siecles on se servoit
"de certaines grandes clefs courbées , por-
"tant un manche d' yvoire ou de bois. Ces
"clefs s' inséroient dans les trous des por-
"tes, & en les tournant d' un côté , ou d'
"un autre on avançoit ou on repoussoit le
"verrou , pour ouvrir ou fermer la porte.
"Cela paroît clairement par le temoignage
"d' Homere, lorsqu' il dit, *Odyss. 21.* que Pe-
"nelope voulant ouvrir un garde-meuble,
"prit une clef de cuivre , bien courbée , e-
"manchée d' yvoire. Sur quoi Eustathius
"remarque , que cette sorte de clefs étoit
"an-

Sed nolo in his esse longior, quin potius
ad

"ancienne , differente des clefs percées de
"plusieurs trous , qui sont venues depuis,
"& qu' on se servoit de ces anciennes en-
"core de son tems. Le Poete Ariston dans
"l' Anthologie liv. 7. donne a une clef l'epi-
"thete de βαθυκαμηνη̄ , c' est-a dire , qui a
"une ample courbure. Ces clefs courbées a-
"voient la figure d' une fauaille , & étoient
"δεσπανοιδεῖς, selon Eustathius. Cette con-
"noissance m' a servi a l' intelligence d' un
"passage d' Aratus , ou il dit que les Etoi-
"les dont est composée la Constellation de
"Cassiopée , représentent une clef. Tous
"les anciens Interpretes d' Aratus veulent,
"que cette Constellation représente une
"clef Laconique ou Carique , c' est-a dire
"une clef percée de plusieurs trous , & à peu
"près semblable a celles , dont nous nous
"servons aujourd'hui. En quoi ils ont été
"suivis par Scaliger & par Saumaise , quoi
"qu' il n' y ait nul rapport , ni nulle con-
"venance entre les Etoiles de Cassiopée , &
"une clef Laconique. Mais j' ai fait voir
"a l' oeil dans mes Remarques sur le Poete
"Manile , liv. I. v. 355. que ces Etoiles repré-
"sentent parfaitement la figure de ces an-
"cien-

ad hanc telæ meæ partem absolvendam properabo, ubi exemplum adhuc attulero unicum, quod rei propositæ confirmandæ vel cumprimis inservit, ut censeo. Qui odam illam sacram, quæ locum in psalmorum libro occupat nonagesimum, composuit, inter cetera *confumi* ait *amos vite humanae* כָּמַה וְגַדֵּלָה כִּמוֹ be-

”ciennes clefs courbées. Or ces clefs ne se pouvant pas aisément porter à la main, ”a cause de leur figure incommode, on les portoit sur l' epaule ; comme nous voulons que nos moissonneurs portent encore aujourd'hui sur l' epaule leurs fauilles jointes & liées ensemble. Callimaque dans son Hymne à l' honneur de Cérès, dit que cette Deesse ayant pris la figure de Nicippe sa Prêtresse, portoit une clef κατωμαδίαν, comme qui diroit superhumeralē, propre à être portée sur l' epaule. Ce qu'on ne peut pas dire, ni penser des clefs Lachoniques. Cela étant bien entendu, le passage d' Isaïe devient clair, lorsque Dieu dit par sa bouche, qu'il mettra la clef de David sur l' epaule d' Eliakim. Conf. Jo. Meursii *Miscellanea Laconica* I. II. c. 17. & Casp. Sagittarii *librum de Jamnis veterum* c. 15.

begeb. Disputant interpres, utrum verba, quæ modo recitavi, Hebraica red-denda sint *sicut cogitatio*, an *sicut sermo*. Vtrumque nimurum significatum vox נַבְנָה pro ambiguitate sua admittit. Equidem certi quid hac in re statui posse arbitror, si obseruemus, a Græcis quoque scriptoribus, nominatim Homero i) & Theognide, rem quæ cito præterlabitur cogitationi solere comparari. Est in pri-mis memoratu dignissimus ille Theognidis versus, quo formosæ juventutis annos cogitationis instar præterire poe-ta monet,

Αἰψὺα γάρ ὥστε νόμια παρέχεται ἄγλας ἦβη

Namque fugit veluti cogitatio clara juventa
Sed mittam nunc, ut dixi, eam utilita-tem, quæ in verbis spectari potest, & ad eam explicandam veniam, quæ in re-bus ipsis sita est.

Non postrema atque adeo prima hæc esse debet interpres sacrorum librorum cura, ut fidem, quam merentur, iis adstru-at, auctoritatem eorundem argumentis validis demonstret, & ab impiis hominum irreligiosorum criminationibus strenue

Pars III.

Z

vin-

i) v. *Hymnum in Mercurium v. 43.*

vindicet. In quo negocio negari non potest Græcorum quoque exterorum auxilia utiliter ab eodem posse adscisci. Horum enim aliqui quando vel virum Mosen diserte prædicarunt sapientem, cultus purioris inventorem assertoremque, justitiae omnigenaque virtutis exercitium legibus suis commendantem, veri denique in conscriptionibus suis studiosum; vel talia certe de antiquissimis mundi temporibus memoriae prodiderunt, quæ historiæ Mosaicæ admodum sunt consentanea, nonne apertum simul veritatis voluminum Mosaicorum præbuere testimonium, atque id vel inscię egerunt, ut horum fidem auctoritatemque constabilirent? Hac autem extra dubitationem posita, reliquis simul sacris Hebræorum monumentis sua conciliata erit fides, quippe quæ Mosis libris, tanquam fundamento, superstructa sunt atque innituntur. Operam proinde laudabilem illi mihi suscepisse videntur, qui vel nostra vel patrum nostrorum memoria hujusmodi testimonia studiose collegerunt: quorum ut nunc commitemorem nomina nihil attinet, cum notissima

fima sint omnibus. Tametsi enim luce divina veritas radiet tam clara, ut per se lumine ab hominibus iisque alienigenis petito haudquaquam indigeat, nihilo tamen secius spernendum hoc non prorsus esse, haud dubito quin multi mecum judicaturi sint. Nam licet argumentum omni exceptione majus non præbeat, tale tamen suppeditabit, quo *ad hominem*, ut ajunt, non sine omni fructu possis uti. Nempe cum ea non olim modo fuerit, sed hodie etiam sit quorundam vesania, ut profanorum scripta maximi faciant, iisdemque nihil fidei non tribuant, ea vero quorum divina origo est, illorum quippe judicio minus comta atque elegantia, negligenda censeant, imo suspecta etiam habere pudori sibi non ducant; vix erit puto quidquam ad eos perversæ opinionis arguendos accommodatius, quam si illis ipsis, quos depereunt, auctoribus sacrorum librorum excellentiam fidemque agnitam firmatamque fuisse, in memoriam illis revocemus. Quali disputationis genere virum doctum non minus quam sanctum, Justinum Martyrem, adversus

Z 2 Græ-

Græcos, quos vocat, usum fuisse novimus, adeo, ut ipsa etiam oraculorum effata, quæ constat cujus olim habita fuerint & hodienum a multis habeantur originis & naturæ, invaserit, & ab his in usum suum transferendis penitus non abstinuerit k).

Porro cum dogmata quoque morumque præcepta plurima tradita a Mose & prophetis sint, quibus plane gemina poetarum, oratorum philosophorumque Græcorum in libris perscripta extant, dicere ausim, ex his quoque inter se comparatis aliquem posse fructum exspectari. Nam si nullum aliud, hoc certe, si quid video, inde redundabit commodum, ut manifestum fiat, tantum abesse, ut quæ viri illi divini credenda atque agenda præscripserunt a ratione aliena sint (quæ impia quorundam opinio est) ut etiam, qui præ ceteris recte hac fuerunt usi, multa docuerint præceperintque illis plane consentanea. Sed quoniā ista comparatio non tam scripturæ expositori, quam iis competit, quorum est

k) Exemplum aliquod ejusdem ad Græcos cohortatio dabit p. m. 12.

est dogmata religionis explicare, officia indicare, commendare & in animos hominum demittere, plura de hoc momento non addam, sed ad alia utilitatis genera, interpreti magis propria, submonstranda statim me conferam. Ac in his quidem non infimum locum illi assignandum censeo, quod iis in partibus codicis sacri vetustioris sentiri potest, quæ sine geographiæ antiquæ lumine claræ esse prorsus nequeunt. Cum relatum aliquid legimus, vel narrari a quopiam audimus, et si loci, in quo res acciderit, nulla addatur mentio, solemus tamen locum aliquem imaginari, quem rei gerendæ aptum forte credimus. Sic cum exercituum v. c. nobis narrantur conflictus, campum statim aliquem mente concipimus spaciosum, in quo explicatas prolixas acies hostesque concurrentes coram quasi nobis videmur intueri: manifesto indicio, loci ideam ab historia esse inseparabilem. Nec quenquam facile inficiaturum arbitror, quo magis loci animo obversantis situs & natura rei veritati congruant, eo clarius rei gestæ expositionem a nobis

intelligi, eoque ampliorem jucunditatem inde percipi. Quemadmodum contra fit, ut qui non quem debebat, sed quem imaginandi facultas sponte suggestit locum sibi repræsentat, narrationum intelligentiam nanciscatur non nisi maxime vagam, multisque tenebris circumfusam. Consequens proinde est, qui historicorum commentariis legendis operam suam addicit, ei adeo necessariam esse illius disciplinæ, quam *Geographiam* appellavere Græci, cognitionem accuratam, ut sine maximo incommodo imo damno suo carere ea nullo modo possit. *Est enim, quod vere non nemo dixit, geographia historiarum lumen.* Si quis igitur sua interesse judicat, ut monumenta historica antiqua cum voluptate quadam legat, pleniusque intelligat, næ illi opera danda erit, ut a prisci orbis notitia ne sit destitutus. Finge tibi hominem plane ἀγεωμέτρον, qui Arriani de *expeditione Alexandri Magni*, aut Caesaris de *Bello Gallico* commentarios legere instituat. Aut ego vehementer fallor, aut pleraque ille cum tædio leget, & ingenti errore ad ea, quæ remotissimis orientis in

in regionibus contigerunt, mente sua per occidentis spacia, a regione, in qua forte vivit, haud longe disjuncta, vagabitur, & vicissim quæ in Galliis a se gesta narrat Cæsar, ea forsitan ad Galatarum in Asia sedes referet, si forte de his vel fando unquam aliquid inaudivit. E contrario qui veteris orbis dispositionem, regionum positus atque fines, urbium situs, vastissimos marium alveos, fluviorum vias, & reliqua eo pertinentia probe cognita habuerit, is demum mihi videatur insigne quadam animi cum oblectatione, commodisqne plurimis aliis historiæ antiquæ cognoscendæ studere posse. Etenim qui animum ad hanc affert sic præparatum instructumque, is expeditionum esse potest veluti socius rerumque maximarum spectator. Putabimusne vero aliam esse historiæ sacræ rationem, eamque idem non flagitare præsidium? Nequaquam profecto, si sapimus. Quis, quæso, vel caput uncum ejus libri, in quo rerum describuntur primordia, voluminum item *Josua*, *regum*, *chronicorum* aliorumque ejus generis digne interpretari sustinebit, sine

Z 4

ex-

exacta Palæstinæ regionumque vicinæ
rum notitia? Quis porro in prophetarum
oraculis exponendis versari aliquo cum
successu poterit, eodem non adjutus
adminiculo? Nam in his mixturam
quandam narrationum cum prædictio-
nibus aut aliis indolis orationibus de-
prehendi, quis est, quem fugiat? Ipsæ
etiam prædictiones quid aliud sunt, quam
narrationes rerum futurarum anticipa-
tæ? In utrisque usum profecto geogra-
phiæ scientia habet omnino præclarum.
modo enim Israelitarum, modo natio-
num exterarum, quales v. c. sunt Moabi-
tæ, Ammonitæ, Arabes, Aegyptii, Phœ-
nices, Syri, Assyrii, Babylonii, Medi, Per-
sæ, Græci, regiones atque urbes memo-
rant vates divino numine afflati recen-
sentque. Talibus igitur eorum in ser-
monibus non potest non cœcutire homo
geographiæ imperitus. Jam quoniam,
experientia teste, omnibus propemo-
dum seculis magnam terrarum orbis pa-
titur conversionem, ut integra regna
formam induant aliam, urbes antiquæ
subvertantur, novæ exstruantur, fluvii
cursus suos alio dirigant, solum cultum
&

& fertile in incultum ac sterile mutetur,
& contra quoque fiat, nomina etiam
nova imponantur; appareat sane, in histo-
ria sacra veteri interpretanda juvari nos
illis libris magnopere non posse, quibus
hodierna terrestris globi facies atque dis-
positio explicatur. Ad geographos igi-
tur recurrentum erit veteres, qui ut
qualis fuerit antiquus orbis cognosci a le-
ctoribus posset, nihil fecerunt reliqui.
In quo studio Græcos olim gentibus a-
liis non modo præivisse, sed & palmam
præripuisse tam certum est, quam quod
certissimum. Cum enim insigni quo-
dam peregrinandi studio gens ista olim
teneretur, omnesque propemodum or-
bis angulos avide perreptaret, ut vel do-
ctrinæ pulcherrimæ opes compararet,
vel ex mercibus lucrum caperet, vel re-
giones etiam extra fines suos positas di-
tioni suæ adjiceret, factum inde est, ut
terrarum plerarumque notitiam acqui-
siverit exquisitam. Quocirca mirandum
magnopere non est, tam exuberantem
præstantissimorum geographorum in
eadem quondam extitisse copiam. Ac
optandum profecto esset, ut commenta-

Z 5 rii

rii geographici Anaximandri & Hecataei, Milesiorum, Hellanici Lesbii, Democriti, Eudoxi, Ephori, Dicæarchi, Onesicriti, Theophrasti, Eratosthenis, Timosthenis, Posidonii, & aliorum, quorum monumenta vetustas abolevit, ad nostram ætatem pervenissent. Horum autem jacturam quia frustra nunc dolamus, illud nobis relictum est, ut iis, quorum possessione in præsenti adhuc gaudemus, decenter frui studeamus, præsertim cum, ut alios præteream, quos Hudsoni I) diligentia in unum concessit, deficientem illam copiam Strabo atque Ptolemæus facile supplere, & instar omnium esse videantur. Haud equidem ignoro, in Ptolemæo multa a judicibus non imperitis taxari, nec immerito quidem. Nam cum homo esset Aegyptius, iisque viveret temporibus, quibus magna terræ pars a gentibus cultioribus nondum peragrata, nedum accurate scripta esset, ille regionum locorumque dis-

I) Edidit is Oxon. 1698. *Geographia veteris scriptores minores*, recusos deinde 1703. & 1712. v. J. A. Fabricii *Biblioth. Gr.* T. XIII. p. 8ii.

disjunctissimorum, & illa ætate minima ex parte cognitorum, descriptiones ex incerta aliorum traditione non minori fiducia suppeditat, quam propinquorum notissimorumque. Quod si vero a remotissimis discedas, cogitesque, librarium incuria atque negligentia multa ejus loca pravata, numerosque in primis fuisse turbatos, vix quidquam erit, quod in ejus fide atque diligentia magnopere desideres. Illa autem opera, quam Strabo in hoc genere posuit, dubito an laudari possit nimium. Neque enim iste aliorum narrationibus temere credendum censuit, aut quod ex iisdem forte accepisset posteritatis ad memoriam, quasi certum indubitatumque transferendum, sed plura quæ scripsit peregrinabundus oculis sub jecerat, parcus & modestus in ceteris. Horum igitur monumenta consulas oportet, ubi geographiæ veteris indiges auxilio.

Vsum alium eumque iterum plane eximium interpreti præstant auctores Græci, cum talibus in locis explicandis occupatur, ad quorum pleniorem intelligentiam sine historiæ antiquæ notitia fru-

COLLITI

frustra aspiramus. Quod Tullius olim dixit, *esse historiam lucem veritatis, nunciam vetustatis*, id si quis unquam, is profecto verissimum esse experitur, qui sacratissima Hebræorum volumina explicare aggreditur; & tunc quidem maxime, cum ad prophetarum oracula dilucidanda mentem suam impulit. Et enim cum orationes suas suorum potissimum temporum rationi illos accommodasse dubitari minime possit, nemo feliciter se in illis interpretandis versaturum esse sperare unquam poterit, nisi cuius animus priscum illud ævum fuerit ingressus, ejusdemque speciem complexus. Nunc enim gentis suæ calamitates vel præsentes vel futuras deplorant vates divini, nunc fortunam secundam magnificis verbis extollunt, nunc hostes Judæorum potentes atque truculentos, horumque consilia callida & perniciosa, nunc vicinorum clades, occupata & pessodata regna, inita fœdera, nunc vicissitudines rerum alias, quæ tunc contingunt, sermonibus suis repræsentant. Quarum rerum aliquas sæpenumero fit, ut qualiter gestæ sint acciderintque Græcorum

corum historici multo copiosius docuerint, quam sacri, brevitatis quippe studiosi, & de exterorum rebus tradendis non adeo solliciti. Videor autem mihi res illas universas, quæ ex historia vetere prophetarum in libris debent illustrari, in tres posse tribuere classes. Quædam ad solam spectant gentem Judaicam, aliæ ad populum aliquem alium, in aliis denique mixtura quædam est historiæ utriusque. In primo genere non diffiteor parciorem esse utilitatem e scriptoribus Græcis gentilibus interpretari exspectandam. Neque enim raro accedit, ut cum historiam hi attingunt Judaicam, nescio qua invidia, aut veri certe ignorantie impulsi & seducti, miris eam fabulis inquinent, veritatemque mendaciorum suorum nebulis obfuscant; sicuti vel ex illis speciminibus, quæ suæ contra Apionem disputationi Josephus inferuit, liquere potest. Præterea nihil causæ esse video, cur fontem hic quis fastidiose requirat alium, quam ipsas sacras scripturas, quibus fata Judaicæ gentis memorabilia satis copiose, luculenter & accurate enarrantur. Quanquam in-

interdum juvat, ea quoque cognovisse,
quæ exterí de natione ipsis admodum
invisa & contemtissima crediderunt at-
que perhibuerunt. Ast in reliquis, quæ
vel de populis externis solis dicta sunt,
vel ad hos atque Judaicum simul referri
debent, incredibile dictu quantum saepius
lucis afferant Græcorum narrationes.
Quod si exemplis aliquot confirmare
nunc instituam, nihil me commissurum
spero, quod ægre fitis passuri Auditores
Humanissimi. Inter gravissimos & ma-
xime terribiles Judaicæ gentis hostes
non immerito numeratur Sancharibus,
Assyriorum rex. Qui universo regno
Judaico, cui Hiskias tum præerat, rui-
nam cum præparasset, numerosissimo
Judæorum in regionem ducto exercitu,
tantopere hanc diripere cœpit ac vasta-
re, ut ab interitu suo omnimodo haud
longe ea abesse videretur. In quam in-
vasionem, & subsecutam tandem super-
bi hostis cladem, haud exiguum oratio-
num suarum partem divus Esaias com-
posuit. Sed cum ab iis, qui memorias
condiderunt sacras, bellum illud conci-
fius expositum sit, quam ut omnia San-
cha-

charibi molimina, quorum tamen neces-
saria hic est notitia, cognosci inde que-
ant, prorsus oportebit interpretem, illis
omissa aliunde supplere. Scilicet tenen-
dum est, Sancharibum non in Judæam
modo sed in Aegyptum quoque arma
tunc intulisse: Aegyptiis auxilio venisse
Tirhakam Aethiopem, quem Tearco-
nem Strabo vocat m) latissimeque vi-
ctorem prædicat. Prius disertis verbis
testatur Herodotus, ille historiarum pa-
rens: posterius ex ipso quidem codice
sacro discimus colligimusque, Strabonis
tamen testimonio haud parum illumina-
tur. En igitur totam infaustæ illius ex-
peditionis rationem: Sancharibus im-
menso cum exercitu in Judæam profe-
ctus, urbibus hujus aliquot expugnatis,
Hiskiæ regi, quia tributum ab Achaso
parente promissum negaverat, mulctam
imperat ingentem. Qua accepta & pa-
ce cum Judæis firmata, in Aegyptum
movet. Sed cum hac frustra tentata in
Judæam post biennium reversus esset,
ac interjecto tempore forte rescivisset,

His-

m) *Geograph.* I. I. p. 61. & XV. p. 686. sq.

Hiskiam de fœdere cum Aegyptiis jungendo consilia agitasse, Judæam armis denuo vexat. Interea vero metum illi non levem incutit nuncius de Tirhaka, sive Tearcone ipsi imminentे. Quis belli atrocis tandem fuerit exitus, in vulgus notum est. Ad hæc igitur singula si probe attenderis, tum demum clara tibi erunt loca voluminis Esaiani longe plurima, quae Herodoto in primis non consulto, densis obvoluta jacent tenebris. Cyri, monarchæ Persarum potentissimi & erga Judæos benignissimi, facinora præclara, scriptoribus divinis dilaudata, qui non inspectis ejusdem Herodoti, ut & Xenophontis monumentis cognosci plene posse sibi persuadet, ejus mihi opinio a vero longe videtur abesse. Quid de Alexandro Magno loquar, cuius victorias admirabiles, ab orientis populis reportandas, passim præsignificant prophetæ, Esaias in primis atque Daniel, tamque luculenter explicant, ut interfuisse credas. Tametsi enim Alexandrum nunquam nominent, tot tamen indicia produnt, de hoc orbis domitore agi, ut qui rerum feliciter in ori-

orientē ab eo gestarum non prorsus ignarus est, haud difficulter id sit deprehensurus. Quam graviter atque vivide memorabilem illam obsidionem, qua Tyrum, urbem Phœnicum nobilissimam, florētissimam atque potentissimam, cinxit Alexander, nec minus expugnationem, bellica ejusdem herois prudentia & virtute constanti tandem effectam, alicubi n) describit Esaias ! Quam apta & eleganti sub imagine universum bellum Persicum, successu prospero ab Alexandro gestum, effigiat Daniel ! Quæ singula unde rectius illustrari poterunt, quam Græcorum e commentariis ? Ut paucis me expediam, Arrianis opus hic est & Plutarchis, commentatoribus optimis. Sed quæ exemplorum seges hic sese non offerret ei, qui argumentum hoc latius explicare & excutere institueret ? quamque huic facile foret clarissime ostendere, infinita fere codicis sacri antiquioris loca, ex historia lumen sibi postulantia, Græcorum historicis negligētis decenter haud posse explicari. Quod ipsum, qua erat perspicientia, pridem in-

Pars III.

Aa

tel.

tellexit, & palam quoque professus est
communis ille Germaniae præceptor,
Philippus Melanchthon, cujus testimonio
luculento hoc loco uti eo minus dubito,
quo majoris illud censeri debet ponde-
ris. Ut series, inquit o), imperiorum
teneantur, non solum opus est sacris hi-
storiis, sed etiam aliarum gentium moni-
mentis. Qua in re saepius cogito divinitus
accidisse, ut reliqui sint scriptores Græci
luculenti, qui prorsus ab eo articulo hi-
storiā inchoant, in quo propheticæ
desinunt, quasi testimonium de vetu-
stioribus dicant. Et paulo post ita per-
git: Prodest autem ad intelligendos
sacros libros, & propagationem veræ
religionis considerandam, nosse imperi-
orum seriem.

Eam porro abominandam superstitionem, qua vel astra, vel animalia, vel simula-
cra denique Deorum Dearumque
ligneā & lapidea, divina veneratione
prosecuti olim sunt multi ad ortum ha-
bitantes populi, divinis viris toties vi-
tuperatam, nonne interest interpretis,
ut accurate cognoscat? Quippe nullum
fere superstitionis oriens coluit idolum,

cu-

o) Præfat. in Xenoph. T.II. Declamat. p. 275.

cujus nomen in sacris litteris non sit expressum, cultus non reprehensus irrisusque. Nam cum hoc datum sibi existimarent viri Dei spiritu animati, ut ab illa impietate, qua major excogitari nequit, gentem Israeliticam, in omne superstitionis genus admodum proclivem, prohiberent, aut in eandem prolapsam revocarent, fieri aliter non potuit, quam ut in sermonibus scriptisque suis numina fictitia subinde nominarent, cultumque eorum ut absurdum & ab omni ratione abhorrentem repræsentarent. Quia in re dici satis vix potest, quantum emolumenti ex iisdem, quos prædicamus, auctoribus capere possit interpres. Iis enim cum celebratos v. c. reperit *Adonidem, Astarten, Belum, Apollinem, Hecatum & Hecatam, Melcartum, Menen & τύχην*, nec nominatos solum, sed illorum mysteria quoque uberius explicata, habebit sene, unde ea codicis Hebraici loca illustret, quibus nomina τῶν *Tammuz, Astoreth, Baal, Achad, Molech, Milcom, Meni & Gad* occurunt, cultus memoratur.

Neque vero in his modo rebus, sed in ritibus quoque nonnullis, quorum in

communi vita usus olim obtinuit, facem
Græci ἡ ξω præferunt insignem. Jacobum patriarcham, vita functum, Aegyptiorum ritu conditum fuisse arcæque sepulcrali inclusum, refert Moses in primi sui libri exitu. In quam narrationem plenissime commentantur Herodotus ac Diodorus Siculus, quando quo apparatu peracta apud Aegyptios sit cadaverum conditura & sepultura luculenter docent. Illud vero majus etiam est, quod multarum legum, quas Judæis olim posuit numen supremum, rituum item atque cæmoniarum iisdem præscriptarum, origines atque rationes, lectis diligenter Græcorum iis, qui de Aegyptiorum, Arabum, Chaldæorum aliorumque orientis populorum religione moribus atque institutis vetustissimis exposuere, nobis patefiunt. Quod equidem studiosius nunc demonstrare conarer, nisi operam hanc pridem occupasset Joh. Spencerus, Anglus doctissimus. In cuius quidem de *legibus Hebræorum ritualibus* libro multa novi a viris eruditis reprehendi : & ipse etiam procul absum ab ea tententia, ut quæ proposita in eo sunt omnia approbanda censeam. Fator,

teor, non pauca paulo licentius ab auctore fuisse dicta, quæ religionis Hebræis olim traditæ, atque adeo ipsius Dei sanctitati aliquid derogare, iis non difficile esse potest ostendere, qui consecutariis ducentis operam dare volunt. Quos nec auctoritas terrebit nonnullorum ex venerandis ecclesiæ patribus, quorum eadem plane fuit sententia, quam Spencerus ornandam suscepit p). Attamen nimium morosi illi mihi videntur, qui quæcunque in hoc genere opinatus est vir ingeniosissimus, licet nihil saepius sanctissimis legibus minentur periculi, aut detrimenti, ut impia rejiciunt. Eum ego magnæ temeritatis & irreverentiæ criminis ipse condemnarem, qui Deum in sanctionibus suis omnibus profanarum gentium instituta se-

A a 3 cu-

p) Veniunt in hunc censum Irenæus, Eusebius, Hieronymus, Chrysostomus, Homil. VI. in Matthæum ad verba : *Ecce stella, quam viderunt magi*, sic commentatus : Μὴ τόινυιν αὐτάξιον ἔιναι νομίσως Θεῶν τὸ δι' αἰτέος αὐτὸς καλέσαι. Επεὶ γάρ καὶ τὰ Ισδαιμὰ πάντα διαβαλεῖς, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς καθαρισμάς, καὶ τὰς νεομηνίας, καὶ τὴν κιβωτὸν, καὶ τὸν ναὸν δὲ

diu-

cutum fuisse contenderet. Sed qui horum aliqua populo eum suo indulsisse affirmat, eum nihil dicere puto, quod sanctitati Numinis repugnet, indulgentiae, qua erga humanum genus inveteratae que hominum opiniones atque mores uti Deus assolet, non conveniat. Nam cum illo tempore, quo leges divinas accepit populus Israeliticus, multi apud hunc mores atque ritus, ab Aegyptiis in primis ad eum derivati, diuturna consuetudine jam inolevissent, aut mutanda tunc statim per miraculum fuissent Israelitarum ingenia (quo conversionis genere rarissime Deus utitur), aut ferri in illis a liquid oportuit, quod ex Aegyptiorum consuetudine traxerant. Posterius ut fi eret

αὐτὸν. καὶ γὰρ ἐξ Ἑλληνικῆς ταῦτα παχύτητος ἔλαβε τὴν ἀρχήν κ. τ. λ. Ne opineris Deo indignum, quod Magi per stellam vocentur: hoc enim modo Iudeorum cærimonias, omnesque ritus & sacrificia, & purificationes & neomenias, & arcam templumque ipsum reprobabis. Siquidem hæc omnia originem a gentium ruditate traxerunt. cet. In eandem sententiam locuti sunt Origenes, Epiphanius, Cyrillus, atque Theodoreetus, quorum verba affert Spencerus I. III. c. I. dissert. 2. p.m. 124. sq.

eret, convenientius utique erat atque
consultius, apud gentem præfertim ta-
lem, qua prisorum institutorum nulla
unquam extitit tenacior, & quæ ducem
ac legislatorem antiqua omnia abrogan-
tem statim sine dubio deseruisset. Fac
vero nihil in isto genere Israelitis Deum
indulsiſſe, illud tamen in dubium vocari
vix poterit, quod leges complures gen-
tium aliarum statutis opposuerit, talibus
maxime, quæ ad idolatriam recto du-
cere tramite videbantur. q) Istarum

A a 4 ita-

q) Praeclara admodum sunt, quæ sagacissimus
Clericus hac de re differit, in *Biblioth. anc.*
& mod. T. XII. p. 2. pag. 289. Je ne sai pas,
"s' il y a personne qui ait cru que Dieu se
"soit proposé, a proprement parler, d' imi-
"ter les idolâtres ; cela est sans doute indi-
"gne de la Sageſſe de ce grand législateur.
"Mais il n' étoit pas indigne de lui de s'
"commode, en quelque maniere, au génie
"du peuple, auquel il avoit à faire, par
"pure condescendance ; parce qu'il ne
"vouloit pas changer le cœur de ce peu-
"ple, par un effet de sa Toute-puissance ;
"mais le ramener peu a peu, & le retenir
"dans l' observation des devoirs essentiels,
"jusqu'a ce que le tems fût venu, auquel
"de

itaque legum occasiones & rationes per-
spi-

"de plus grandes lumieres en pourroient
"être recuës , & que des devoirs plus rele-
"vez pourroient le trouver disposé a les
"observer. C'est ainsi qu'il permit le Di-
"vorce parmi les Juifs, non qu'il l'approu-
"vât, ni qu' il imitât les usages les plus I-
"dolatres, en cela ; mais *a cause de la dureté*
"de coeur , qu' il voyoit dans les Juifs , qui
"auroient bien de la peine à renoncer au
"Divorce. Voyez Matth. XIX, 8. Si Dieu
"en a usé ainsi a l' égard du Divorce , &
"même de la Polygamie , qu' il ne defend
"clairement nulle part , quoique la bonne
"Morale y soit entierement opposée ; sans
"rien faire , en cela , d' indigne de lui ; il
"a bien moins été indigne de lui d' établir
"des Ceremonies , qui , si elles ne contien-
"nent rien de Moral , ne renferment néan-
"moins rien , qui soit contraire aux idées
"de la vraie Morale. Et pag. 317. Les Juifs
"pouvoient aisément s' assurer qu' encore
"que Dieu leur eût imposé des cérémonies
"semblables aux Egyptiennes , il les en a-
"voit séparez , par la défense de servir au-
"cun autre Dieu , que lui. Ainsi cela suffi-
"soit , pour les garantir du danger , qu' on
"prétend qu' il y avoit qu' ils ne se joi-
"gnissent aux Egyptiens. On a déjà dit
"qu'

spicere si cupias (quod studere decet in-
A a 5 ter-

qu' il n' y a point d' apparence, que les E-
gyptiens eussent pris leurs cérémonies
des Juifs, & l' on en a donné, ce me sem-
ble, d' assez bonnes raisons. Si Dieu avoit
jugé que la ressemblance des cérémonies
pût perpetuer l' Idolatrie ; il auroit em-
péché que les Egyptiens n' imitaissent cel-
les des Juifs, & ne parussent par là se rap-
rocher de la religion Juive. Mais la ve-
rité est, que quoiqu' il y eût de la ressem-
blance entre leurs rites, Dieu avoit établi
plusieurs choses , qui étoient tout a fait
contraires a ce qui se pratiquoit parmi les
Egyptiens ; comme *Spencer* l' a montré,
en divers endroits ; de sorte qu'il n' étoit
pas possible de confondre leur Religion,
avec la Mosaïque. Il y avoit, par exem-
ple , une très-grande difference dans la
principale cérémonie de la Religion , je
veux dire, entre les Sacrifices des Juifs &
ceux des Egyptiens ; puisque les Juifs
offroient à Dieu des Boeufs, des Boucs &
des Beliers, parmi les bêtes a quatre pieds,
& point d' autres. Les Egyptiens au con-
traire sacrifioient a la Lune & a Bacchus
des Pourceaux , & mangioient de leur
chair , en cette occasion : l' un & l' autre
étoit entierement défendu parmi les Ju-
ifs. cet,

terpretem) instituta cognoscenda erunt contraria. Hæc autem unde accuratius discas, quam Græcorum e monumentis, a Spencero omnium maxime diligenter consultis?

Porro in morbis, qui vocantur, bibliis, in animalium, plantarum, gemmarum, aliorumque quos natura in sinu suo fovet, scripturæ sacræ veteris instrumenti celebrant, thesaurorum nominibus, indole ac natura probe explicandis, quid praestabit interpres, sine Dioscoride, Aeliano, Theophrasto, auctoribusque similibus aliis?

Denique artis quoque poeticæ, Hebræis cultæ, rationem, quam intellectisse non parum juvat carminum sacrorum interpretem, & de qua acres motas fuisse constat controversias, semper ego credidi obscuram esse non posse, si vetustissima Græcorum poemata cum scriptis Hebræorum metricis studiose contulerimus. Laudabilem proinde judico Gomari operam, qua Mercerum ille & Vatablum secutus cantica Hebraica ad Pindari, Sophoclis & aliorum normam mensurasque exegit reduxitque r). At

r) De quo instituto v. *Aeta Erudit.* Lips. a. 1708.
m. Sept. p. 398.

Atque hæc fere habui, quæ pro temporis, quo circumscriptum me novi, angustia, de utilitate, quam V. T. interpretationi afferunt scriptores Græci profani, dissererem. Quæ opera mea quamvis iis fortasse displicitura prorsus non sit, quibus omne studium, melioribus literis commendandis impensum, probari solet ; metuendum tamen quoque est, pro seculi hujus perversitate, non defore, a quibus illa suscepta haud ita magnam initurus sim gratiam. Tales nempe ii sunt, qui cognitione rerum superficiaria contenti, de vi vocum atque phrasium sacrum genuina, ex obscuris (quales ipsis revera sunt) & remotæ ætatis scriptoribus repetenda, de luce monumentis sacris ex geographia, historia & antiquitate affundenda, magnoperè laborandum esse insipienter negant, sufficere arbitrati, si ea quis calleat, quæ ad salutis semipaternæ viam pernoscendam pertinent. Quos homines (utinam ab universa republika litteraria tam longe remotos, quam ab hac nostra abesse solent academia !) eo procedere videoas impudentiæ, ut palam profiteri non vereantur : parum nostra referre, sciamusne an ignoremus,

mus, quæ loca inhabitaverint Aegyptii, Idumæi, Arabes, Aramæi, Babylonii, reliqui. Neque magis nobis prodeesse eam notitiam, qua quales reges fuerint Sancharibus, Cyrus & id genus alii, quibus temporibus floruerint, quid memoratu dignum gesserint, memoria teneamus. Vanum quoque esse & inutilem illum laborem, qui idolorum nominibus, mysteriis, populorumque antiquorum ritibus ac cæremoniis investigandis insumitur. Historiæ æque ac partes divinioris scripturæ reliquæ, (in hanc sententiam loquuntur) fine consignatae sunt non alio, quam ut credendorum norma sint, moribusque hominum formandis inserviant, & universæ viam commonstrent, qua ad beatam itur immortalitatem. Ad ea igitur sola, quæ proxime huc spectant, ab homine christiano attendi volunt, reliqua negligi. Tantam ad insipientiam progressi qui sunt, eos ego constitutum vix habeo, utrum miserari magis vel & rideare, quam serio confutare debeam. Evidem cum acerrimi judicii viro, & strenuo optimorum studiorum assertore

re , Sam. Bocharto s) illam eorum vocem bellua magis quam homine , nedum Christiano dignam judicare , illa eorumdem axiomata *afinina* vocare ausim , per quæ seculis retroactis periit sensus bonarum rerum , barbaries invecta in mundum est , & æternam timuerunt secula nostrem . Non soleo quidem vehementer commoveri , cum quales antea expressi sermones ab iis sparguntur , quorum uti valde mediocris plerisque creditur doctrina , ita exigua etiam est auctoritas . Neque enim verendum esse duco , ne insulsis illi declamationibus suis in errorem multos seducant . Sed cum ab iis effutiuntur , qui altius sapere videri volunt , & multis etiam videntur , ac singularem rerum in primis ad religionem spectantium jactant cognitionem , aut arctius etiam cum ipso sancto spiritu commercium , non sine magna indignatione eos accipio , videnturque mihi , propter damnum , quod afferre possunt , grave plane intolerandi . Quæramus obsecro ab hoc genere , nostrane interesse putent , ut sacram scripturam , quoad ejus fieri potest , integre & perfecte intelligamus ? Ne-

s) *Præfat. in Phaleg. sub finem.*

Negare si sustineant, fateantur simul necesse est, esse in illam non pauca frustra nullumque in usum a divinis viris relata. Quod quam injurium sit in Dei verbum, dictuque impiū, quis est, qui non intelligat? Si vero affirment, quid ergo subsidia respui volunt, ad eum finem maxime conducentia? Dicant illi porro nobis hoc etiam, cur, si præter ea, quæ ut æternum fieri possimus beati, cognitu necessaria sunt, addiscendum nihil est, cur, inquitā, eruditionem reliquam omnem (cujus insigni quodam apparatu ipsi sibi non raro instructi videntur) temnendam non censeant, atque abjiciendam? Cur non contenti Lutheri institutionibus, compendiisque similibus aliis, universam omnium consensu salutis doctrinam complectentibus, volumina evolvant ingentia, eaque inde discere allaborent, quæ via cognosci possunt compendiaria? Et cur denique in subtilibus, spinosis, intricatis & inutilibus quæstiunculis excoigitandis, proponendis atque enodandis, & in contemplationibus sublimibus tantum operæ consumant (nimis hoc saepius usu venit), si ea percepisse satis est, quibus ad pietatem æternitatisque studium

um instituimur? Certum quoque præterea est, falso eos existimare, quod solida esse possit, quam in ore ferunt, salutis doctrina, absque perfectiori s. codicis intelligentia. Dogmata quippe in theologia tantum non omnia divinis ex effatis oportet derivari. Quin etiam ad illorum aliqua confirmanda dictis præcipue utendum est Vet. Testam. præsertim propheticis. De quorum quidem sensu vero nisi plane constet, magnum paratum est in definiendo, quod in iis lateat, dogmate errandi periculum. Constare autem nequit, nisi præsidia, quæ ad id requiruntur, singula diligenter fuerint adhibita. Nam licet quædam plana satis & perspicua esse videantur, faciunt tamen sèpius loci, personæ resque circumstantes, accuratius considerata, ut de aliquibus tantum illud dictum esse appareat, quod tanquam de omnibus pronunciatum vulgo accipitur. Ad quod nisi sollicite attendamus, verendum profecto erit, ne sensum divinis oraculis tribuamus alienum, atque adeo religionem ipsam non Dei, sed hominum decreta superstruamus. Quæ quam plena maximi periculi res sit, nemo est tam hebes, quin perspiciat. Quare cum vastissimi
am-

ambitus fit interpretandi negocium, & cui tractandum hoc est, omnia merito circumspiciat auxilia, qui paulo humaniores sunt atque æquiores, in eo mecum spero consentient, nec ea aspernanda sed avide arripienda esse subsidia, quæ scriptores Græci profani liberaliter offerunt. Quod quam eximio cum fructu fieri possit, exempla quoque docebunt meliorum interpretum, ex quibus duos tantum nunc laudabo, eosque maxime celebres. Quam præclare magnus ille Grotius, seculi sui phœnix, de Vet. Testam. expositione pro meritus sit, neminem nostrum latere potest. Evidem non is sum, qui interpretationa ejus omnia approbanda censem. Scio esse in illis, quæ purioris doctrinæ assertoribus haud immerito displicant. Contigit namque illi etiam viro, quod magnis ingenii usu interdum venit, ut in magnos & perniciosos errores præcipites interdum agantur. A quo lapsu quamvis Grotium liberum pronunciare nolim; hoc tamen concedi mihi jure quodam postulo, in majori eum luce veteris instrumenti tabulas collocasse, quam commentatorum ullus ante ipsum, & complures etiam post eum efficere potuerunt. Jam bo-

nam

nam illorum partem, quæ laudabiliter in hoc genere vir summus præsttit, ei non dubito tribuere instituto, quo scriptorum exterorum, Græcorum in primis, loca cum divinis scripturis solitus est compонere. Sit in illis allegandis nimius, quod ei a nonnemine exprobatum memini: satius est liberalem, quam parcum nimis hic se præstare. Nec molesta ei erit copia, qui selectum habere novit. Grotium nostra ætate imitatus haud infeliciter est Joh. Clericus, celebratissimus apud Batavos philologus, qui sua in V. T. commentaria, magna ex parte omni laude dignissima, adspersis passim Græcorum veterum dictis & sententiis luculentiora fecit, & commendabiliora. Quin iis quoque, qui non commentaria quidem perpetua, sed talia tamen scripserunt, quorum usus per universum codicem sacrum sese diffundit, Græcos autores insigniter profuisse compertum est. Putatisne, Auditores, sagacissimum Bochartum divinum suum opus, quod *Geographiam sacrām* inscrispit, nec non illud, in quo animalia sacrī in litteris commemorata longo ordine producit, tam solida doctrina refertum, tantoque instructum ornatu in lucem emittere potuisse, nisi Aelianī, Aristotelis, Ar-

Pars III.

Bb

riani,

riani, Athenæi, Diodori, Dionysii, Herodoti, Pausaniæ, Ptolemæi, Strabonis, Theophrasti & infinitorum hujus generis aliorum monumenta præstantissima in suos usus convertisset? Huetium accepimus, f) cum laudatissimi Bocharti *Geographia sacra* lucem primum aspexit, tanta statim linguarum Hebraicæ & Græcæ, quas antea non curaverat, addiscendarum cupiditate accensum fuisse, ut non obstante sacrorum diversitate, illico se in disciplinam auctori tradiderit, nec illo magistro uti ante destiterit, quam scientiam harum linguarum accuratam adeptus esset. Nimirum usum linguæ utriusque in interpretatione, in qua plurimum postea desudavit, mirabilem ex illo libro intellexerat Huetius. Jacobi Vfferii *Annales veteris & novi testamenti* magni fiunt merito ab omnibus, qui intelligunt, quam proficuum hoc sit interpreti, si temporum annorumque seriem, recte dispositam, oculos habeat. Atque hanc quidem qui Vfferio indicaverit accuratius, prorsus scio neminem. In quo labore certissimum est plurimum eum adiutum fuisse ab optimis scriptoribus Græcis. Marshamo, qui in argumento simili opti-

t) V. l' *Eloge historique de M. Huet*, par l'Abbé d' Olivet p. 9.

optimo cum successu & magna multorum cum laude elaboravit, minus hoc negocium successorum fuisse arbitror, nisi eosdem auctores, in subsidium frequentissime vocasset. Denique communis omnium applausu exceptus nuper fuit Humpf. Prideaux u) theologi Angli eruditissimi, de connexione veteris & novi testamenti cum historia gentium exterarum commentarius: quo palam est historiam sacram egregie fuisse illustratam. Fontes requiritis, ex quibus præ ceteris multum profecit theologus, uti pietate & modestia, ita eruditione varia florentissimus? Denuo vobis scriptores nomino Græcos profanos. Sed tempus me ad gratiarum actionem nunc vocat atque vota.

Lætior multo ex loco hoc augusto verba ad vos fecissem, Auditores, nisi meus ad illum adscensus obitum mihi in memoriam revocasset viri illius celeberrimi, cui successorem me datum esse dies hodiernus omnibus manifestum facit. Evidem non sum nescius, vitio hoc solere verti, si quis vulnus, quod tempore proprium sanatum videtur, refricare, & dolorem olim perceptum, injecta tristis rei mentione, renovare audeat. Me vero,

B b 2 si

n) Sub anni 1724. exitum defuncti.

si in hoc genere nunc peccem, veniam
expectare posse credo ex summo, quo o-
ptimum OLDERMANNVM (hunc enim me
dicere dudum intelligitis) prosecutus sem-
per sum, & post fata etiam prosequor, a-
more, qui non finit, ut nomen ejus, ac in
academiam universam, & me ipsum quo-
que, merita insignia hac occasione fileam.
Amisit in eo academia doctorem opti-
mum atque fidelissimum, amisi ego fau-
torem benevolum, amicum sincerum.
Quotiescumque, beate vir, jucundissimæ
tuæ recordor consuetudinis, sermonum
suavissimorum, ex quibus doctorem me
semper discessisse palam profiteor, illius
denique vocis, qua cum mortis momen-
tum instare sentires, te successorem me
tibi cupere atque optare testatus es, toties
a lacrimis mihi vix temporo. Simul enim
tua comitas, doctrina admirabilis, favor
amorque candidus menti occurrunt, qui-
bus quam dulce quondam fuit frui, tam
amarum nunc est carere. Quoniam vero
hunc virum, cui ut vitæ usura contigisset
longior, nemo eruditorum est, quin ex
animo optasset, rebus humanis mature
eximere placuit supremo harum arbitro,
nostrum sane erit in voluntate hujus sa-
pientissima acquiescere, atque id omni-
nisu

nisi studere, ut jacturam, quam passi sumus, re-
paremus. Sentio id mearum in primis fore par-
tium; nec deerit unquam conatus, licet pror-
sus illud effici a me posse ferme desperare jube-
ant vires inæquales.

Tuam vero, benignissime Deus, devoto pecto-
re celebro providentiam, quam ut per omnem
vitam, ita hoc in primis tempore abundantter
mihi ostendisti. te enim providente factum est,
ut in ea nunc luce collocer, qua nihil mihi ob-
tingere potuisset optatius. Jam quia eam mihi
imposuisti provinciam, ad quam digne admini-
strandam magno gratiæ tuæ cumulo opus mihi
est, illam quoso atque oro liberaliter in me
effundas. Accende porro animum ad veritatis a-
morem, quo me semper nosti vehementer fla-
grasse. Fac nihil mihi prius sit, nihil antiquius,
quam gloriæ tuæ illustrandæ & boni publici
promovendi studium. Vires largire boni docto-
ris partibus implendis necessarias: animum ad-
de ad tuendas & fortiter vindicandas meliores
literas. ex quarum cultura strenua tuus honos &
publicæ rei utilitas insigniter potest amplificari.

Post Deum subjectissimo mentis cultu vene-
ror summam gratiam atque benignitatem Se-
renissimorum atque potentissimorum acad-
emiæ hujus Nutritiorum, quorum nutu atque
jussu clementissimo illud mihi munus hono-
rificum, quod nunc auspicor, obeendum est.
Evidem totum me eò impelli sentio, ut col-
latum in me beneficium dignis verbis concele-
brem; sed obstare mihi intelligo ejus magni-
tudinem. Quare id potius agendum mihi vi-

B b 3 deo.

deo, ut pro incolumitate tantorum Principum perpetua vota nuncupem ardentissima. Praestet igitur Deus ter Optimus quam diutissime salvum Regem Augustissimum, GEORGIVM, academiæ Juliacæ hodie Directorem Magnificentissimum, Regem incomparabilem, humani generis delicias. Consilia ejus longe sapientissima, vera publicæ salutis fulcra, successu prospero fortunet, ut tranquillitate perpetua fruatur ecclesia, immota & inconcussa perstet respublica, salva sit, & læta sui videat incrementa hæc nostra academia, cuius curam inter gravissima negotia nunquam abjicit Rex providentissimus: & perpetuo denique sub Ejus tutela florent litterarum studia, quorum cultores sub Augustissimo hoc Capite seculum agunt plane aureum. O fidus orbis splendidissimum, faxit numen immortale, ut per ingentem annorum numerum nobis fulgeas, splendore meque tuum, per universum terrarum orbem, qua quaversum ille patet, diffusum, nulla unquam tempestas obscureret.

Servet quoque idem Deus Principem Optimum, Indulgentissimum, Pium & Felicem, AVGVSTVM WILHELMVM, in quo amabili quodam vinculo consociatas atque colligatas miramur virtutes illas omnes, quibus ullus unquam Princeps excelluit, aut excellere post hac poterit. Ut hunc Dominum nominasse sufficiat, si Principem dicere velimus omnium virtutum fastigium assecutum. Cujus adeo incolumitas & ætas quam longissime producta eo vehementius exoptanda nobis est & a Deo

ex-

expetenda, quo certiores esse possumus, illo superstite atq; salvo nihil hisce regionibus, earumque ocello, academiæ huic Juliæ, ad perfectam felicitatem defore. Floreat denique & duratio ne sua cum ipsa hac rerum universitate certet, tota Serenissima domus Brunsvicensis & Lüneburgensis, decus orbis, gloria populorum.

Vobis etiam, Pro-Rector Magnifice & patres academiæ conscripti, Fautores Venerandi, gratias ago, quas possum maximas (quoniam fatis ornate agere nullo modo possum), quod in spectatissimum collegium vestrum haud ita pridem me adscribere & cooptare non fuistis dignati. Tanta vestra in me semper fuit humanitas atque comitas, tanta extant merita, tanta beneficia, quæ licet fileri non debeant, hujus tamen loci non est ea conari commemo rare. Erit tamen omnis mihi ætas ad ea grato animo recolenda. Estote singuli, quam diutissime salvi, ut perduret & augeatur parta a majoribus inclytæ hujus academiæ gloria, quam vos sapientia & virtute vestra præclara, doctrina exquisita, semper tueri atque indies amplificare annitimi. Vnum hoc a Vobis si nite me impetrare, ut constans & perpetua sit singularis illa benevolentia, qua pridem me amplecti voluistis. Ego vero omnem vobis de me spondeo obseruantiam, omnis generis officia, amicitiam sinceram.

Tandem vos quoque compellandi mihi estis, Commitentes Præstantissimi, ad omnigenam virtutem & doctrinam naviter excolendam natu, præclara huius academiæ decora. Næ ego

ingratus sim, si hanc opportunitatem benevolentiae & amoris in me vestri, frequentia, qua recitationibus meis interesse adhuc suevisti, aliquisque indiciis manifestis cumulatissime demonstrati, publice prædicandi prætermittem. Dudum vobis ostendisse mihi videor, quantum in me sit studium commodis vestris inserviendi. Quod quidem studium posthac non modo non deponere, sed luculentius etiam declarare animus est: idque eo majori virium contentione faciendum mihi putabo, quo magis doctoris publici, quod nunc aggredior, munus illud a me exigit. Itaque sic semper existimabo, si qua bonarum litterarum scientia acquisita a me est, ejus fructum omnem vel in primis vobis deberi, Commititones optimi! Quem fructum ut capiatis, admonente officii ratione, Græcæ sapientiæ thesauros, quibus nihil esse potest ditius, nihil amoenius, nihil denique fructuosius, sicuti ex parte aliqua modo intellexistis, vobis aperire studebo & expromere. In quo negocio uti omnem vobis pollicor alacritatem atque fidelitatem, ita humanissime vos oro, ut eam quam testati adhuc mihi estis, quamque modo prædicavi voluntatem, studiis meis excitandis atque inflammans vel cumprimis idoneam, perpetuo mihi conservatis. Vivite carissima pectora, eamque spem, quam de vobis conceperunt parentes optimi, concepit patria, abundanter implete, remque sacram & communem præstantissimis, quæ in vobis enitent, ingenii atque animi dotibus exornate. Dixi.

INDEX

INDEX

LOCORVM SCRIPTVRÆ, QVÆ VEL EX INSTITVTO, VEL OCCASIONE OBLATA, ILLV- STRANTVR.

Numerus Romanus Observationum partem, Barbaricus paginam indicat.

| | | |
|------------------|------------------|------------------|
| GENES. | XXXIV, 20 | I. 98 |
| XII, 10. | II. 69 | LEVIT. |
| XVI, 7. | I. 95 | I, 3 |
| XX, 16. | II. 2 | XXIII, 40 |
| XXI, 14 | I. 95 | NVMER. |
| XXII, 2 | 96 | IX, 9 |
| XXIV, 62 | 95 | DEVTERON. |
| XXVI, 23, 25. | ibid. | X, 6 |
| XXVIII, 11 | 96 | III. 246 |
| XXIX, 16 | II. 2 | XVI, 16 |
| XXXI, 20, 27 | III. 337 | II, 1-10 |
| XXXII, 30 | I. 94 | III. 245 |
| XXXIII, 10. II | 89 | 8 |
| XXXVII, 25 | III. 327 | I. SAM. |
| XLVI, 1 | I. 95 | XX, 21. 36 |
| XLIX, 22 | II. 149 | II. 31 |
| EXOD. | | XXX, 14. 16 |
| III, 6 | III. 235 | II. 7 |
| 14 | II. 147 | II. SAM. |
| XXIII, 15 | I. 98 | XXXI, 3 |
| XXIX, 30 | III. 246 | II. 37 |
| <i>Pars III.</i> | | I. REG. |
| | | I, 38 |
| | | ibid. |
| | | VI, 4. |
| | | 168 |
| | | XIX, 13 |
| | | III. 235 |
| | | Ce |
| | | ESA, |

Index

| E S A. | | J O B. | |
|----------------|----------|-------------|----------------------|
| I, 15 | II, 3 | XL, 27 | ibid. |
| XXII, 22 | III, 337 | | E C C L E S. |
| XXIII. | 357 | II X, 7 | II. 190 |
| XXX, 6 | II. 193 | | N E H E M. |
| XXXVII 6.7 | ibid | II X, 15 | I. 41.46 |
| XXXIX, 11 | I. 97 | | H I G H . C H R O N. |
| XLII, 3 | II. 181 | XIII, 7 | II. 7 |
| XLIX, 12 | III, 334 | | M A C C A B. |
| J E R E M. | | X, 7 | I. 66 |
| IV, 20 | II, 69 | | M A T T H. |
| 30 | 3 | III, 11 | II. 124 |
| XII, 11 | 69 | V, 8 | 1.97 |
| E Z E C H. | | XXI, 1 | III. 298 |
| V, 17 | II. 193 | 12 | I. 152.156 |
| XXV, 16 | 14 | XXVI, 20 | III. 231 |
| XXX, 15. 16 | III, 333 | XXVII, 45 | II. 70 |
| H O S. | | | L V C. |
| XII, 10 | III. 200 | II, 1 | II. 71 |
| Z E P H A N. | | IV, 25 | 70 |
| II, 15 | II. 15 | XIX, 29. 37 | III. 298 |
| P S A L M. | | XXI, 26 | II. 70 |
| XLII, 3 | 1. 97 | | J O H A N. |
| LXIX, 3 | II. 193 | V, 4 | I. 38.165 |
| XC, 9 | III. 340 | VII, 37 | ibid. |
| CXIX, 27 | 197 | 39 | 20 |
| CXIX, 105 | II. 181 | X, 23 | 152 |
| P R O V E R B. | | XII, 13 | 43 |
| VI, 23. | II. 180 | | A C T. |
| XXV, 15 | 7 | II, 3 | II. 103 |
| | | | II, 11 |

Index

| | | | |
|--------------|----------|---------------|----------------|
| II, 11 | ll. 37 | IX, 5. 6 | 1.108 |
| III, 2 | 1.149 | XII, 7 | 109 |
| IV, 36 | ll. 163 | I. THESSAL. | |
| VII, 18. 19 | 160 | V, 19 | ll. 124 |
| X, 12 | ll. 194 | TIT. | |
| XIII, 8 | 126 | I, 15. 16 | III. 269 |
| XIV, 13 | 1.85 | HEBR. | |
| XV, 21 | 15 | VII, 27 | 1.162 |
| XIX, 6 | ll. 187 | X, 11 | 163 |
| 13 | 160 | XI, 35 | 126 |
| 19 | 153 | XII, 6 | 137 |
| XXVII, 9 | 1.19 | JAC. | |
| ROM. | | V, 17 | ll. 70 |
| IV, 13 | ll. 71 | II. PETR. | |
| XII, 1 | III. 284 | I, 19. 20. 21 | ll. 161 |
| II | ll. 123 | APOCAL. | |
| I. CORINTH. | | I, 12. 20 | 1.130. ll. 181 |
| IV, 11 | 1.144 | II, 1. 8 | ibid. |
| XI, 4 | III. 209 | 9 | 1.36 |
| XV, 32 | ll. 192 | III, 9 | ibid. |
| II. CORINTH. | | XI, 8 | III. 286 |
| III, 14. 15 | III. 209 | XVII, 9 | 285 |

INDEX VOCVM PHRASIVM QVE HEBRAICARVM ET CHALD. QVÆ EXPOVNNTVR.

| | | |
|---------|----------|-----------|
| N | אָהָלִים | III. 200 |
| אבוב | 1.57 | אַרְזּוֹן |
| אבות | III. 331 | אֲרֵיֶם |
| אורכנום | III. 328 | אֲנָשִׁים |
| Cc 2 | | אָסָר |

Index

| | | | |
|-----------------------------|---------------|------------------------------------|----------------|
| אָרֶר | III.199 | יְומָא | 1.166.167 |
| הָרֶץ | II.69 | יְסֻדָּה וַהֲמֹבֵחַ | III.206 |
| בָּ | | כָּ | |
| הַבִּתָּה | II.33 | דְּכִזֵּן | 1.163. III.245 |
| בֵּית הַשׁוֹאֶה | 1.27 | כָּרוֹן | II.146 |
| בְּמוֹכָסֶד | II.146 | כָּלֵי וְקָרְשָׁ | III.248 |
| בָּעֵל כְּשָׁפִים | 133 | כְּלָפוֹת, כְּלָפָ | 1.138 |
| בָּעֵל שְׁמוֹת | 138 | כְּסֻות עִינִים | II.2.3. |
| בָּרְכָה בָּרֶךָ | 1.103 | כְּרָתִי | 20. fqq. |
| בָּרָקָאִי | II.183 | לָ | |
| גָּ | | לְזָבֵב | 1.43 |
| גָּפָר | III.324 | לְטָ | III.327 |
| דָּ | | לְשָׁוֹן רְכָה | II.7 |
| רוּבָר רְכִתָּה | II.7 | מְ | |
| רוּכְמָנִים | III.328 | מְבָקְרֵי מוֹמֵן קְדִשִּׁים | |
| הָ | | מְגַבְּעִוָּת | III.282 |
| הַגָּתָה | III.341 | מְגַשְּׂא | 225 |
| הַלְוָרָה הַכָּתָנים | 206 | מְהֻגְּנָה | II.132.133 |
| וָ | | מְרַצָּא | 127 |
| præfixum וָ | II.125 | חַמְוקָר | III.203 |
| חָ | | מְרֹכְבוֹת | 206 |
| תָּגָן | 1.19. III.201 | מְתִילָּה | 204 |
| חָלוֹנִים | II.169 | מְוֹתִים | II.117 |
| חָלֵל | 1.57 | מְרַנְשָׁא | 28 |
| חָלֵמָא | II.164 | מְשֻׁוחָה מְלָחָמָה | III.236 |
| חוּטוֹךְ הַלְשׁוֹן | 107 | מְשִׁיחָה | 1.161 |
| חָמָת, חָמָת | III.332.333 | מְשֻׁוּקוּרָה | III.329 |
| טָ | | מְתֻרָם | 268 |
| טָלִית | III.209 | נִיסְךָ נָ | |

Index

| | | | | |
|---|------------|------------|----------------------|----------|
| נ | ניסוך חמים | I.35 | צירון | III. 290 |
| | נעוץ, נעוץ | I.125, 126 | ציצית | 209 |
| ס | סובב | III.200 | צمرבר | II.147 |
| | סבכאה | 329 | קיטרטס | III.329 |
| | סומפנניה | ibid. | קלניא | 204, 205 |
| | סן | 333 | קמיע | II.143 |
| | סינט | 334 | קנקה | 182 |
| ע | סכות | 200 | ראייה | I.99 |
| | עתויין | III.198 | ךך הלבב,ךך | II.6 |
| | עטרת | 210 | שרשן | I.159 |
| | עינים | II.2.3 | שטיין | 133 |
| | עינים רכות | I.sqqq | שיולדה | 162 |
| | עלים | 163 | שליח ציבור, שליח בית | |
| | עמור | I.124 | דין | 130. sq. |
| פ | פגנו | III.299 | שער | III.330 |
| | פיגל | 274 | ש侃ים אטמיים | II.169 |
| | פר | II.3 | שרה עלה רוחנית | |
| | פלתי | 38.39 | רקודשה | 125 |
| צ | פרכת | II.175 | ת | |
| | צומא רבע | I.19 | תועבה | III.273 |
| | | | תרצני | I.107 |

C c 3

IN-

Index

INDEX VOCVM PHRASIVMQUE
GRÆCARVM, QVÆ EXPLI-
CANTVR.

| | | |
|-------------------------|-------------------------------|----------------|
| A | | |
| Αγγελος τῆς ἐκκλησίας | Επέρχεθαι | II.186 |
| | Επίλυσις | 184 |
| | Ι.130 Εργαζεθαι, ἔργου, ἔργου | |
| Αγγελος στατῶν | ἀγαθὸν | III.283 |
| Αδοκιμος | Ευλογία | I.108 |
| ἐκ τῷ πάνω Αερχάιος, ἐκ | | H |
| γενεῶν Αρχαιῶν | in star i pronunciation | |
| Αθενέας | tum | II.184 |
| | Ηλύσιος | 101.102 |
| Αυχμηρός | Ημαθόεις | 60.80 |
| | Ησαν καθήμενος | 112 |
| B | | Θ |
| Βάσιος τῷ Φόινικος | Θύραι | III.331 |
| Βειαρὸς | Θυρσος | I.47.48 |
| | Θυρσοπλῆγες | 56 |
| G | | I |
| Γαῖα, γάιη, γῆ | Ιερεὺς | I.163. III.245 |
| | Ιερὸν | I.152 |
| Γλῶσσα, γλῶσσαι δια- | Ιμέρα mutatum in ἡμέ- | |
| μεριζόμεναι | ρα | II.186 |
| Γόητες | | K |
| D | Καθ' ἡμέραν | I.163. lqq. |
| Δάιμον ἐνόρχης | Καλαμᾶνται | 58 |
| Δαρεικοὶ | Καταπέτασμα | II.175 |
| Διαμεριζόθαι | Κισσοπλήκτος | I.56 |
| Δοκιμος | | K 5- |
| E | | |
| Ειναι | | |
| Εἰρεσιώνη | | |
| | | |

Index

| | | | | |
|-----------------------|------------|---------------------------|---|---------|
| Κολάπτω, κολαπτής | | | Π | |
| | I. 138.139 | Πεδίον | | II.61 |
| Κολαφίζειν | 137 | Πειρατα γάιης | | 68 |
| Κόσμος | II.70 | Πλαγυταῖ | | III.264 |
| Κεράσπεδα | III.210 | | Ρ | |
| Κρείττονες | I.103 | Ραδάμανθυς | | II.80 |
| Κρῆτες | II.37 | Ραπίζειν | | I.140 |
| Κυπάρισσος | III.325 | | Σ | |
| | | Σκόλοψ | | I.22 |
| Λαμπτής, λαμπτηρία ἐ- | | Σχύσιον, σχύσιον | | 159.160 |
| ορτή | I.30 | | | |
| Δήδανον | III.328 | | Τ | |
| | | Τάυνειν γλώσσας | | II.103 |
| M | | Τοκῆς | | III.131 |
| Μακάρων νῆσοι | II. 199 | Τυμπανίζεσθαι | | I.126 |
| Μαργύρι | I.137 | Τύμπανον | | 123 |
| Μῶλυ | III. 264 | | Φ | |
| Μωμόσκοποι Γῶν ιερέων | | Φαυτήριος | | I.130 |
| | III.282 | Φῦκος | | II.3 |
| N | | | X | |
| Νάεθηξ | I.49 | Χαλκὶς | | III.263 |
| Νυκτέλιος | 28 | | | |
| Z | | | Ω | |
| Ξανθὸς | III.257 | Ωρε, ωραιός, ωραιότης, ω- | | |
| O | | ραιώ | | I.158 |
| Οικουμένη | II.70 | Ωσεὶ πυρὸς | | II.121 |
| Ομματα | 5 | Ωφθησαν ἀποῖς | | 118 |
| Ομφαλος γῆς | 71 | Ωψ | | 45 |

Index

INDEX RERUM MEMORABILIVM.

A.

- Accubitus* in conviviis a Romanis ad Judæos
venit. III. 230.
Acheron, fluvius. II. 84.
Acra unus ex Hierosol. montibus. III. 290.
Adonis, fluvius rubri coloris III. 258. Vnde no-
men habuerit, 261.
Aeaci fabula ll. 74. Latent sub eo nomine Ae-
ginetæ 88. 89.
Aegæonis nomen Phrygium III. 265.
Aegina insula. II. 88.
Aeginetarum peregrinationes & commercia 90.
Aegle, una Hesperidum, *Aegalei* montis ac-
colæ. 100.
Aegyptii antiquitatis captabant gloriam III. 268.
Aeneas ritus capitis in sacris velandi in Italia
auctor. III. 213. sqq.
Aetolos umbilicum terræ incolere Livius tra-
dit. II. 73.
Aevum, quod vocatur, medium optimorum scri-
ptorum interitum attulit. III. 309.
Agrippa, Herodis M. nepos, Hierosolymam
auxit. III. 293.
Alpheus fluvius. II. 59.
Altaris holocaustorum altitudo describitur III.
206. Illud cum fasciculis ramorum quovis
festo tabernaculorum die circumibant Judæi,
198.

Index

198. & ramis salignis circumpositis orna-
bant, 199. 203.
Amalekitarum regio. II. 19.
Amathus fluvius. 60.
Amphorarum gestatio in Bacchanal. usitata. I. 39.
Amuleta Judaica describuntur, eorumque ex-
emplum aliquod affertur, addita ejus-
dem interpretatione II. 143. sqq. Virtus eo-
rum admirabilis, 150. sqq. pretium ingens,
153. quo apparatu conficiantur ib.
Anacharsidis cum Solone colloquium. III. 212.
Angeli vox scriptoribus sacris quid notet. I.
130. Angeli quatuor, *Michael, Gabriel, Uri-*
el, Raphael, Deo a consiliis sanctioribus. II.
145. *Argiel, Sargiel, Nargiel*, 150.
Antiochus Pius victimas Judæis dono mittit.
I. 83.
Antonia arx, olim *Baris* dicta, describitur. III.
293
Antonius pompa Bacchica ab Ephesiis exce-
ptus. I. 59.
Apocalypses magna pars ad reipublicæ Judai-
cæ interitum spectat. III. 286.
Apollo, Delphorum urbs est. II. 78.
Apostolorum inauguratione solennis, festo pente-
costes, in templo accidit. II. 109. sqq.
Aqua Pers. regi pro munere oblata III. 105. 106
Aquila aurea ab Herode in templo dedicata.
III. 228
Arabicae linguæ usus in Hebraica. 323.
Cc 5 Ad

Index

- Ad Arcam Noë quale lignum fuerit adhibi-
tum. III.325.
- Arcadia, Græcorum tartarus. II. 81. Habuit Sty-
gis aquam, ib. Acherontem fl. 84. & barathrum,
85. Regio montosa, 86.
- Argos quæ regiones vocentur ab Homero. II.67.
- Aristobuli pontificis enixum rerum Græcarum
studium. I. 74.
- Asidæi qui 2.
- Auctōrum bonorum neglectus ipsi theologiæ da-
mnosus, III. 312. usus diligens fructuo-
sus, 313.
- Auroræ ortus Judæis quotidie in templo ob-
servatus. II. 183.

B.

- Bacchanalia vel verna erant vel autumnalia
I. 19. noctu potissimum agebantur, 28. ma-
gno cum luxu morumque licentia, 63. Ro-
mani illa SCto abrogarunt, 64. festum Græ-
corum præcipuum, 72.
- Bacchantes cum lampadibus tædisque discur-
rebant. I. 29, 30. saltationibus multum o-
peræ impendebant, 31. plurimum vocifera-
bantur, 34. 35. eos Evam ululare nugatur Cle-
mens Alexandrinus, ibid. thyrsum vel fe-
rulam, nartheca dictam, gestabant quatiae-
bantque, 47. 50.
- Bacchicos ritus tabernaculorum follennibus
quando primum admiscuerint judæi. I. 65 eos
toler-

Index

- tolerare oportuit sacrorum instauratores, 73
Bacchus Evius & Lysius cognominatus I. 21.
ut & Nyctelius, 29. thyrso pro sceptro usus. 50.
Banierus laudatus. II. 76.
Barathrum in Arcadia. 86.
BarJesu magus. 162.
Basilius M. laudatus. III. 310.
Basnagius (Sam.) laudatus notatusque. I. 12
Baticea tumulus s. collis in Phrygia. III. 266.
Bellum quomodo distinguant Judæi. 236
Bergerus (Jo. Guil.) laudatus. 222. 224. 232
Bethphage, villula in monte olivifero, pars urbis Hierosolymorum fuit III. 296, seqq. unde nomen tulerit, 299.
Bochartus (Sam.) not. II. 21. laudatus. III. 368.
373
Bogani (Zach.) Homerus Hebraizans. II. 68. III. 336
Briarei gigantis nomen unde? III. 263

C.

- Campus Elysius*, in Messenia situs. II. 45. seqq.
Homeri de illo locus, 52. appellationis ratio,
101. campus *Pylius*, 60. *Samicus*, 64. *Stenyclericus*, ib. *Messeniacus*, ib.
Candelabra aurea in atrio seminarum collocata.
ellychnia horum byssina. I. 25.
Candelabrum aureum templi Hierosol. II. 174
noctu totum, interdiu non nisi ex parte arsit,

Index

- sit, 175. sqq. ad illud sæpius alludunt scri-
ptores sacri, 180 sqq.
Caput in sacris velarunt Judæi & Romani. III.
210. 213. sqq.
Caro Hebræis pro corpore dicitur. I. 128
Cassiopeæ fidus clavem repræsentat. III. 339
Certamen quinquennale in honorem Cæsaris
ab Herode institutum III. 228
Chalcis avis descripta 263
Chamath Heliopolis est, Syriæ urbs 333
Chrysostomi interpretatio laudata I. 132
Ciborum mundorum & immundorum discri-
men tollit Paulus. III. 273
Cimonis consilium callidum Callirhoë virgine
potiendi. III. 262
Civitas magna, Apocalypseos scriptori memo-
rata, Hierosolyma est. III. 286. sq.
Clavium apud veteres figura III. 338
Clericus (Jo.) laudatus I. 98 III. 363. 373. nota-
tus confutatusque. II. 14. 21. 42. III. 310
In cœna paschali quare accubuerint Judæi. III. 231
Cogitationi res cito præterlabentes comparan-
tur. III. 341
Columna, cui flagellandi alligati, qualis? I. 123
In conspeclu Dei statui aut comparere quid sit? 97
Constitutiones Apostolicas supposititias esse, variis
argumentis probatur. III. 301
Cor alterius furari, quid sit? III. 337
Cornua boum immolandorum apud Judæos in-
au-

Index

-
- aurata I. 79 quem illi morem ab Antiocho
didicere Pio. 88
- Coronis** redimiti cultores Diis grati. I. 87
- Cretenses** sagittarii insignes II. 31. sqq. eorum
expeditiones & coloniae II. 25
- Cretes**, quorum Lucas meminit, qui? II. 37
- Crethai & Plethai** duæ Philistæorum nationes
II. 11. sqq. corporis regii custodes, 41. Cre-
thæ ex Creta insula, unde advenerunt, no-
men adepti, 20. sqq.
- Crustula** 12. pontificis maximi. I. 163
- Cupressi** ad naves struendas adhibitæ III. 325 in-
signis proceritatis & crassitie in Babylonia,
Asia minore, & in Peloponneso, 326. putre-
dinis expertes, 327.
- Curtius** mores Romanos Græcis tribuit. III. 218
- Cyaneæ**, insulæ errantes. 264. 265
- Cymindis** avis appellatio Phrygia 266

D.

- Darici**, nummi Persici III. 329
- Dei** faciem videre & munus aliquod offerre
connexa olim apud Hebræos fuere I. 100.
Dei aspectum terribilem censuere prisci He-
brai, 101. Quid illis fuerit Deum videre, 94
Dii hominibus apparere crediti, 91. sqq. e
Græcis orti III. 268. Deorum herouimque
historia res vetustissimas civitatum popu-
lorumque Græciæ complectitur II. 76. Deos
gentes antiquæ eodem modo colendos cen-
suere

Index

- suere ac viros principes I. 84. sub regum imagine sibi repræsentarunt, 86. Deos videre quinam dicti fuerint gentilibus. I. 90.
93. Deos adire existimati, qui templa adirent. ibid.
- Delphorum* urbs quo sensu umbilicus terræ dicta. II. 71
- Dies expiationis* anniversariæ jejunium vocatus. I. 19. dies dictus *νατ' ἐξοχῆν*, 166. eo peccata Deum remittere librosque vitæ & mortis aperire crediderunt Judæi, ibid. E.
- Ecclesiastarum* Reformatæ & Romanæ contentiones fictione eleganti repræsentatæ. II. 77
- Ecclesiæ* Christianæ doctores veteres excusandi, quod Christianos scriptorum ethniconrum usu interdixerint. III. 314
- Eichholzius* notatus II. 103
- Eleazarus* magus dæmonem ex naribus extractus II. 158. de illa historia judicium. 159
- Elymæ* magi historia, nomen explicatum. II. 161. sqq.
- Elysius* campus. v. *Campus*.
- Encaniorum* festo tabernaculorum solennia compensata. III. 201
- Esse* idem sæpius ac *oriri*. I. 11
- Exorcistæ*. II. 160
- F.
- Fabulae* Græcorum historiam hujus gentis antiquam involvunt. III. 75. 76
- Fa-

Index

- Faciem in sacris obtegendi consuetudo unde
videatur nata,* *III. 235*
- Facies gracilis deformis, succi plena venusta
judicata veteribus fuit.* *II. 9, 10*
- Fasciculi ramorum, quibus tabernaculorum fe-
sto usi Judæi, quales.* *I. 42*
- Flagellandi ritus apud Judæos veteres & re-
cent, nec non apud Romanos exponitur.
I. 115. sqq. modum flagellandi Judæi a Ro-
manis acceperunt.* *III. 229*
- Flagrorum supplicium durum & ignominio-
sum.* *I. 129*
- Flavum colorem pulcritudinis Græci censuere
notam.* *III. 257*
- Fluvius quidam rutili coloris in Palaestina.* *III. 259*
- Fontenelle (Bern.) laudatus.* *II. 77*
- Fratres veteribus gentes dictæ sociæ.* *II. 87*
- Fucus quid* *II. 3*

G.

- Gath s. Gitta, Philistæorum urbs* *II. 40*
- Gazæ, urbis Philistæorum, situs* *II. 18.* eam
Crethæi inhabitarunt, 19. *Minoa* appellata
fuit, 22. octo templis superbuit, *27*
- Gentiles Judæis bestiæ vocati, & quare* *II. 194*
eorum libri Christianis interdicti. *III. 300.*
seqq. instituta nonnulla Judæis induxit
Deus *III. 362.* aliquas vero leges iis oppo-
suit. *363*
- Geo-*

Index

- Geographicæ scientiæ in historiis legendis ne-
cessitas III. 345. sqq. Geographiæ veteris in
historia sacra usus,* 350
Geographorum in Græcorum gente copia. ib.
Græci in hominum conspectum tecto capite
non veniebant. III. 210. 211. nec sacra facie-
bant. 217. inter Barbaros viventes multa ex
horum lingua vocabula adscivere, 266. Dii
Homero dicti, & quare, 267. præstantiores
se crediderunt gentibus reliquis. ib. Græci
scriptores exteri V. & N. T. interpreti utili-
tatem afferunt multiplicem & eximiam, 318
*V. Orationis conspectum. historiam Judai-
cam fabulis inquinarunt,* 353
Grotii (Hug) in V. T. merita. III. 372

H.

- Hallel Judæorum quid.* I. 37
Hardt (Herm. von der) laudatus. II. 76. 150.
III. 322
Harduin (Jo.) notatus III. 309
Hafæus (Theod.) laudatus III. 315
Hebraicarum vocum & locutionum ex Græcis
illustratarum exempla III. 324 sqq.
Heliopolis Syriæ urbs, Hebræis Chamath dicta
III. 333
Helos quis locus II. 61
Hercules, Heracleensium civitas, II. 79. Herculis
facer-

Index

- sacerdos apud Coos veste indutus muliebri.
III.218.
- Herodes M.* consuetudines Romanas in Judæam invexit. *III. 226.* ejus in plebem munificentia, *228.* Antoniam arcem munitiorem fecit, *293.* v. *Certamen.* Herodes Antipas Tiberiadem condit in loco impuro. *229*
- Hesperidum horti* *II.100*
- Hieronymi* iniquum de studiis secularibus iudicium. *III. 305.* ecstasis ejus anti-Ciceronianæ. *306*
- Hierosolyma* septicollis fuit *III. 286.* sqq. veteres jam tum Judæi tot ei colles tribuerunt, qui enumerantur. *288.289*
- Hillel* & *Schammai* Josepho Pollio & Sameas. *I.12*
- Hirsch Fränkel*, magus Judaicus. *II.139*
- Historia antiquæ* in sacris litteris V. T. interpretandis summa utilitas. *III.352.* sqq.
- Homerica dictio* sacræ similis. *III.336*
- Homerus* vocum Phrygiarum notitiam habuit. *III.267*
- Homines* cum victimis comparat Paulus. *III.*
284
- Homines prisci* Deos hospites habuere & convivas. *I.91.*
- Hostia*, quæ invita ad aras iret, minus grata Diis censebatur, quæ vero incoacta, accepta *III.277.* Hostiæ voluntatem explorarunt veteres, fruge falsa adspersa, cultro per ter-
Pars III. *Dd* *gum*

Index

- gum ducto, & aqua in aurem infusa, 278.
Hostias integri corporis nævorumque o-
mnium expertes esse oportebat apud Judæ-
os & gentiles. 282
Huetius (Petr. Dan.) notatus. II. 21. 79. lauda-
tus. III. 320. 338. 374

I.

- Jacobus* patriarcha quo sensu dici possit Esavi
faciem ut Dei faciem vidisse I. 100. sqq.
Iasonis & Menelai facinora rerumque Græc.
studium. I. 168. 170
Idolorum nomina Hebraica ex Græcis illustran-
da. III. 359
Ignatius conversationem suam cum militibus
ferocibus pugnam vocat cum bestiis II. 195. 196
Ignis ad animum & sermonem transfertur.
II. 122
Inferorum judices quinam dicantur, & quo sen-
su. II. 191
Instrumenta musica varia in Bacchi sacris adhi-
bita. I. 33. 34
Insulae beatorum. II. 99
Johannes apocalypsin brevi ante Hierosol. ex-
cidium confignavit. III. 287
Josephi de origine trium seëtarum locus. I. 3.
in recentiori gentis suæ historiæ diligentia
& accuratio. 5
Judæi a Græcis multos ritus adseiverunt. I. 23.
nec minus a Romanis. III. 226. sqq. sabba-
tho

Index

tho & diebus festis genio liberaliter indulgent. I. 60. temporibus Ptolemæi Philadelphi & Antiochi Epiphanis Græcorum moribus adsuefacti. 67. 68. pompæ in sacris studiosi 73. 88. mos eoiundem scitis & consuetudinibus recentibus auctoritatem e scriptura conciliandi. 75. progressum doctrinæ Christianæ impedire conati. 141. Paulum indignissime tractarunt. 143. capite velato sacra faciunt III. 210. sqq. ad Romanorum exemplum 224. sqq. ritus illius ratio. 234. eorum regio terra dicta simpliciter. II. 70. Judæi Cretenses moribus erant pessimis. III. 269. discriminis tamen in cibis servandi studiosissimi. 270

Judaizantes v. Messiam.

Judicia veteres in locis habebant, quo frequens turba confluebat. I. 156

Jupiter Pisæ habitatores dicti. II. 78. *Jupiter Cretensis* II. 25. 26

Justinus martyr oraculorum effatis in suis disputationibus usus. III. 344

K.

Kabbalistica disciplina philosophiæ Græcanicæ suos debet natales. I. 75

Karæi gestationem & concussionem ramorum non admisere. I. 46

Dd 2

L.La-

Index

L.

- Laconica*, Peloponnesi regio, cum urbibus suis
principis. II. 57. 58. ejus ingenium. 62.63
- Ladanum* succus Arabicus. III.328
- Lampades* Bacchicæ cum ellychniis byssinis.
I.31
- Lana* ex hostiarum pellibus pura Romanis cre-
dita. III.232
- Laneus vestitus* impurus habitus Pythagoræis,
Romanis contra purus. ibid.
- Lepreum*. Triphyliae oppidum. II.60
- Libatio aquæ*, Judeis usitata, describitur. quid
significaverit. I.37. origo ejusdem. 38
- Lilia* veteres in floribus habuere pulcherri-
mis. I.160
- Lineus vestitus* Pythagoricis purus judicatus
rebusque divinis aptus. III.232
- Lingua Deorum Græca* est, hominum Phrygia.
III.250. sqq. Homeri de utraque loca. 251
sqq.
- Lingua Asdodica*. II.39
- Lingua Hebraica* Messiæ tempore in usum re-
ducenda. II. 116. non est primæva III. 320.
sqq. ad eam accuratius intelligendam Græ-
ci sermonis notitia multum confert. 323
- Lingua Phrygia* a Græca diversissima III.261
- Linguæ* inter apostolos distributæ quæ & quot
fuerint. II.115
- Linguæ igneæ* quid sint. II.122
- Linguas Græci* Mercurio sacrificarunt. II.104
Lit-

Index

-
- Litteræ Ephesiaæ quid.* II.152
Loca præsentia Dei insignia. I.94.sqq.
Lucerna semper ardens in Minervæ & Jovis
Ammonii templis, non secus ac in Judaico
II. 178. lucernæ accensæ ad sacrorum decus
pertinere creditæ. 177
Lychnuchus sacer in templo Hierosol. quomo-
do concinnatus fuerit. II.183

M.

- Macaria Messeniæ tractus.* II.65.66.99
Magi natio Medica quæ somniorum interpre-
tationi studuit: nomen originis est Medi-
cæ: in significatum ejus frustra inquiritur
II. 127. 128. 131. Magi Persarum, Babylonio-
rum, Arabum cet. 130. Judæorum quales
sqq. male audiunt Talmudicis 135. circula-
torum more se geregabant. 155. Luciani de il-
lis testimonium. 156
Magia Judæorum quid. II. 137. ejus peritos es-
se oportuit synedrii magni asseffores, & qua-
re, 136. jaētata ejusdem virtus, 138. & speci-
mina quædam. 140.sqq.
Marnas Jupiter Creensis. II.27.28
Marnion templum Gazæum. ibid.
Melanchthon (Phil.) utilitatem historicorum
Græcorum in sacris historiis commendat.
III.358
Menelai historia II. 54. sqq. regnum is habuit
in Laconica & Messenia. 57
D d 3 Mer-

Index

- Mercerus* (Jo.) cantica Hebr. ad Pindari & Sophoclis metra exegit. III.306
Messenia Peloponnesi regio, cum suis urbibus II. 58. regio fertilis & amena. 62. 63. 92. 93. aere gavisa temperatissimo. 94
Messiam ritus externos abrogatos voluisse negabant Judaizantes. III.271
A militia vacatio quibus concessa fuerit ex Ju-
dæorum legibus. III.240
Minerva, Athenarum urbs. II. 79. ejus templum Athenis soli non patuit, & quare. 170
Minois, oppidum prope Gazam. II.26
Minois fabula II. 74. latent sub hoc nomine Mi-
nyæ II. 87. quo sensu Minos inferorum di-
catur judex. 91
Minos II. Cretensium rex, variis expeditioni-
bus & imperio amplo clarus II. 22. ejus lex de sagittandi disciplina, 33. expeditio in Pa-
læstinam. 22.34
Minyarum gens. II.87
Moly herba. III.264
Moriæ monti altitudo per Hasmonæos detracta. III.291
Mosen scriptores Græci laudant & historiæ ejus consentanea tradunt. III.342
Moza locus prope Hierosolymam. III.203
Myrina, Amazonum regina, unde nominata. ibid.
Myrtinis coronis caput cingebant bacchantes. I.52
Myr-

Index

Myrtus Veneri & Baccho sacra. ibid.

N.

Nilus fluvius, ex Nileo rege nomen accepit. III. 261

Nomina Dei angelorumque membranis inscripta
cujus credantur efficaciæ. II. 138

*Novi fœderis scriptores phrases Judaicas Græ-
ce exprimunt.* I. 165. ad res Judæorum sa-
cras saepius alludunt. II. 180

Nyctelia, Bacchi sacra. I. 29

O.

Oculi Lex teneri, quid notent. II. 1. sqq. *Oculi*
magni pulchritudinis nota. 8

Oldermannii laus. III. 376

Oleam veteres quanto habuerint in pretio. I. 80

Oleagineæ frondes ad caput victimæ decoran-
dum a Judæis adhibitæ. ibid.

Oleum sacrum in templo secundo nullum fuit
III. 242. quare illud denuo conficere nolu-
erint Judæi. 243

Olivifer mons tria habuit culmina, & pro par-
te Hierosolymorum habitus fuit. III. 295

Orpheus Thrax magiæ peritus. II. 151

Os pro vultu. II. 6

P.

Palus carni Pauli datus quid sit. I. 114. sqq.
Dd 4 Pa-

Index

- Pamisus*, amnis Peloponnesi. II. 65.
Pantheon Romæ. II. 170.
Parens dictus populus, qui civitatem aliquam condidit. II. 87.
Parthenon Minervæ templum caliginosum fuit. II. 170.
Patres quidam ecclesiæ de Hebræorum ritibus eandem sententiam professi sunt, quam Spencerus tuetur III. 361
Paulus bestiis proprie sic dictis objectus non fuit. II. 192. eum ethnicorum scripta lectitasse contra Clericum ostenditur. III. 310. sqq.
Pelusium unde dictum. III. 334
Perse, aliique orientis populi, ad reges sine muneribus non accedebant I. 104. 105. a Medis multa instituta adsciverunt. II. 129
Pharisæi Asidæorum propago ex sententia Scaligeri I. 2. quo tempore orti sint. ibid. sqq.
Philistæorum regio atque urbes II. 16. 17. 18. Philistæi artis sagittandi periti, 28. sqq. eorum lingua, 39. respublica aristocratica, 41
Phryges barbari Græcis dicti *κατ' εξοχήν*. III. 262. cur homines Homero appellantur, 268 antiquissimi hominum crediti ibid
Phrygius amictus qualis. III. 219
Phrygia tiara dicta sine adjectione ibid.
Pineas fæcēdōs castrensis non fuit. III. 247
Piscina Siloam ubi. I. 36
Plethæi quinam dicantur, & quid eorum nomen sibi velit. II. 38. sqq.
Plit-

Index

- Plinii de Effenis testimonium* I. 13
Plutarchus festum tabernaculorum cum Bacchanal. comparat I. 18. sqq.
Poetica Hebræorum ars Græcorum e poesi illustrari potest. III. 366
Polyxena περὶ Φόρος βῆς Lycophroni appellata. I. 86
Pontifex maximus iēgēus dictus. I. 163. ejus privilegia quinque III. 241
Pontifices Iudaorū regium nomen aliquando usurparunt III. 288. exercitui se adiungebant. III. 248
Porta regis pro aula III. 331
Porta templi ὡραία quæ. I. 149. sqq.
Porta Susan. I. 155. 157. 160
Porticus Salomonis I. 154. 155
Postellus (Christ. Henr.) laudatus. III. 250
Prideaux (Humphr.) laudatus. III. 375
Primitiæ fructuum quo apparatu Hierosolymam apportatae fuerint. I. 80
Profani scriptores optimi interdum sacrarum litterarum interpretes. III. 315. 316
Psalmi graduum. I. 26
Psȳteres quid. I. 40
Ptolemæi Philadelphi in Judæos propensio. Pompeia Bacchica. I. 68
In Ptolemæo, Geographo, quid desideretur. III. 350
Pyli tres in Peloponneso urbes. II. 59
Pylus Triphyliacus. II. 81
D d § Py-

Index

*Pythagoricorum de vestitu lineo & laneo opinio
V. laneus & lineus.*

R.

Rami salicium. V. altare.

*Rami pampinei & hederacei Baccho sacri I. 50
palmei & citrei in ejus sacris adhibiti.*

*Ramorum gestatio & agitatio Judæis usitata I.
41. originem traxit ex Bacchi solemnibus.*

*Reges Judæorum stilo dicuntur quicunque
summæ rerum præfunt, aut magistratu fun-
guntur.*

*Rhadamanthi fabula II. 74. Latet sub illo no-
mine quædam Triphyliæ civitas.*

Romæ colles septem.

*Romani Deos colebant capite velato. III. 213.
quibus id fecerint de causis, 222. Satur-
num tamen & Honorem operto.*

Rudbeckius (Ol.) notatus.

S.

*Sacerdos Judæorum castrensis fictus III. 236.
sqq. ejus munia 237. sqq. privilegia 241. o-
leo sacro inunctus fertur : dignitas non
perpetua.*

*Sacerdotes Jud. ἀδόνιοι ad functiones viliores
adhibiti. III. 283. sacerdotes gentilium coro-
nas & sceptræ gestabant.*

*Sacrificia Judæorum ex ruditate gentium ori-
ginem traxere, ex sententia Chrysostomi III.
362.*

Index

362. ea malo sacerdotis proposito impura
reddi credebant Judæi 276. Sacrificii jugis
ratio l. 99. Græci sacrificium δῶρον appellarunt,
certamque ejus speciem δωρεφοριόν. 98
Sagittandi ars V. Cretenses, & Philistæi
Salicum rami ad tabernacula adhibendi, ll.
207. V. altare
Salamo rex magus, si Josepho habemus fidem
ll. 155
Sancharibi in Judæam & Aegyptum expeditio
exponitur. III. 354
Sarnius (Petr.) notatus. I. 110.
Saltatio Judæorum in templo l. 25. in Bacchi
facris necessaria 32
Satanæ vox quæ significet l. 132. Satanæ angeli
Judæorum emissarii. 146
Scamander fluvius, Phrygum lingua sic voe-
tus & unde III. 255. 259. in eo virgines ante
nuptias se abluebant, 262
Scamandrius, Phrygum princeps III. 260
Scevæ filii septem. II. 160
Schultens (Alb.) laudatus. III. 323
Seetas Judæorum tres, Pharisaicam Saddu-
cæam & Essenam, Jonathanis Maccabæi
tempore ortas esse variis argumentis pro-
batur. l. 5. sqq. Originem illis dedit philoso-
phiae Græcanicæ studium, 12.
Septenario numero admodum delectati Judæi.
III. 289
Simon magus. II. 160
Sin

Index

- Sin Ezechielis Pelusium est : Sinim Esaiæ Pelusiotæ* III. 333, 334
*Sonus litterarum cognatus frequentem libra-
riis errandi occasionem præbuit,* II. 184
Strabonis laus. III. 351
*Stygis aquæ in Arcadia natura mirabilis descri-
bitur* II. 81. sqq.
*Susa, Susan, Persarum regia, unde nomen ac-
ceperit.* I. 185. 159
Synagogæ quando primum constitutæ. I. 15. Sy-
nagoga Satanæ quid, 136
Synedrii asseffores magi. V. *magia.*
T.
*Tabernaculum Mosaicum solis lumini imper-
vium.* II. 168
Tabernac. festum η̄ dictum νατ' εξοχήν. I. 19. III.
201. ejus nocturna solennitas describitur. I.
25. cantabatur illo psalmus CXVIII. III. 199
sqq. quoties eodem sub tabernaculis epu-
landum sit. I. 62
Taberna templi. I. 156
Tabula Thraciæ quid. II. 150. sqq.
*Taciti locus de Judæis e Creta insula profugis
explicatus.* II. 35.
Tallis Judæorum III. 209. 232. 233.
Tartarus in Arcadia. II. 81.
*Tearco, sacris scriptoribus Tirhaka, Aethio-
pum rex, Sancharibo imminet.* III. 355
*Templum Judæorum gentium ruditati suam
debet originem, ex opinione Chrysostomi,*
III.

Index

- III.* 362. illud sine oblatione quadam ingredi
non solebant Judæi *I.* 98. 99. pars ejus sanctior
tota intus obscura extitit. *II.* 168. 174. Templo
secundo quæ defuerint. *III.* 242. sqq. Tem-
pla gentium luce diurna caruere *II.* 170.
Templum Thesei, Ventorum, Fortunæ, 171
Thyrsophoria quo tempore inter Judæos pri-
mum orta fit *I.* 67
Thyrsus quid. *I.* 47. 48. ejus agitatio triplex bac-
chantibus usitata, 53. thyrsos pullata rupes
vel terra aquam, vinum, lac & mel funde-
bat, 54. 55. quomodo fieri hoc potuerit 56.
thyrsos percussi in furorem agebantur, ibid.
Tiara V. Phrygius.
Tiberius. V. Herodes.
Tibiæ Phrygibus inventæ, I. 60. earum usus in
tabernaculorum solennitate, 57. in Bacchi
sacræ, 58. Satyri illas inflabant, 59. interdum
geminæ, 60
Till (Sal. van) laudatus. *III.* 198
Toga prætexta sacerdotes & Imperatores Ro-
mani, sacræ operantes, utebantur caputque
velabant. *III.* 221.
Traditiones Judæorum quam mereantur fidem
III. 249
Triphylia, Peloponnesi regio, cum suis urbi-
bus. *II.* 58.
Troas pars fuit Phrygiæ. *III.* 255. 256.
Turris Stratonis, urbs, ab Herode instaurata &
magnifice exornata *III.* 227
Tu-

Index

-
- Tutulus* quid. *III.* 220. e lana & velleribus con-
fectus 232.
Tyri obsidio, quam Alexander M. suscepit, ab
Esaia prædicta. *III.* 357

V.

- Vaticinandi* facultatem homini naturalem esse
negat Petrus. *II.* 184. negarunt etiam poetæ
quidam Græci. 189. affirmarunt Judæorum
magistri, Ammonius philosophus, & P. Pe-
titus, 188. 189
Velamentum oculorum, Saræ datum, quid. *II.* 2
Verborum faces. *II.* 123
Vespes Judæorum pontificales in Antonia arce
affervatae *III.* 293
Victimæ ad altaris cornua non alligatae. *III.* 198
earum cornua inaurata, capita fertis orna-
ta apud Judæos, Græcos & Romanos *I.* 80
81. sqq.
Videre faciem elohim dupliciter exponi potest
I. 90. sqq.
Vitiorum in rebus sacris inquisitores. *III.* 282
Vmbilicus terræ V. Delphorum urbs.
Vsserius (Jac.) laudatus. *III.* 375
Vultus demissus verecundiæ apud veteres fi-
gnum. *III.* 233. sq.

X.

- Xanthus* fluvius, Deorum lingua sic appella-
tus & cur. *III.* 255. sqq.
Z.

Index

Z.

- Zadocum Sadducæorum sectam condidisse fin-
gunt Judæi I. 13
Zephyro Attici aram posuere. II. 94. ejus laus. 95
Zion, unus ex Hierosol. montibus describi-
tur. III. 290
Zoroaster quo tempore vixerit. II. 131

ERRATA

*Operarum præcipua, quæ mihi chartas has obiter
evolventi occurserunt, bæc fere sunt:*

Parte I. pag. 3. l. 10. leg. prodidit. p. 13. l. 12. do-
ctoris tribus ante p. 102. l. 2. comparatur. p.
155. l. 9. valli.

Parte II. p. 13. l. 3. הַתּוֹרָנוּ p. 30. l. 1.
גְּבִרֵן דָּאוּמִין רְמַנְדָּךְ בְּקַשְׁתָּא vertit :
p. 140. l. 11. mebah pove namam jajal. p. 141 l. 17.
obcoecet. p. 160. l. 4. stupendas. l. ult. A&T. XIX.

P. III. p. 286. l. 20. reipublicæ. Si quæ præterea
reperiantur, ea L. B. pro sua humanitate fa-
cile emendabit.



Ed 302 *

(1)

6018

ULB Halle
006 369 200

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



JO. GOTHOFR. LAKEMACHERI,
PHILOL. GR. IN ACAD. JVL. P. P. O.
OBSERVATIONES
PHILOLOGICÆ
QVIBVS
VARIA ANTIQVITATIS
HEBRAICÆ ATQVE GRÆCÆ
CAPITA
ET NONNVLLA S. CODICIS LOCA
NOVA LVCE COLVSTRANTVR.
PARS II. ET III.
ACCEDVNt INDICES IN PARTES III.



HELMSTADII
Impensis CHRIST. FRIED. WEYGANDI.
MDCCXXVII.